

PALÆONTOLOGIA SCANDINAVICA

AUCTORE

N. P. ANGELIN.

P. I.

CRUSTACEA FORMATIONIS TRANSITIONIS.

LIPSIÆ,
APUD T. O. WEIGEL.

LUNDÆ, TYPIS BERLINGIANIS.
MDCCCLIV.

Fan. 2.

De distributione verticali reliquiarum organicarum in formatione, quæ dicitur transitionis Scandinavicæ.

Strata formationem transitionis Scandinavicæ constituentia, prout fossilia organica includunt varia, in varias facile tamque diversas regiones vel zonas verticales abeunt, ut ne una quidem species duabus sit communis. Difficile tamen factu est, seriem harum continuam instituere; nusquam enim omnes conjunctæ occurrunt, sed aliæ alibi sæpissime explicatæ, varieque insuper perturbatæ apparent. In quibusdam denique stratis non nisi perpaucæ nobis hucusque apparuerunt reliquiæ organicæ, et hæ quidem, quod crebro accidit, minus bene conservatæ, quam ut accurate determinari queant.

Quibus rite perspectis ac perpensis, prima dispositionis stratorum ipsorum chronologicæ lineamenta nimirum ibi quærenda esse duximus, ubi maxima diversarum regionum in promptu fuerit pars, strataque primarium suum atque horizontalem servaverint situm. Cum jam certiores facti simus, quomodo per has situ ipso stabilitas regiones, reliquiæ organicæ distributæ sint, tunc primum e rationibus mere palæontologicis tales, qualium stratificatio dubia nec e situ fuit extricanda, inter illas inserere et adeo suum cuique locum probe tribuere poterimus. Strata autem, quorum fossilia specie nondum satis cognita explorataque habeamus, ad certas quasdam zonas, quibuscum genera plurima communia habeant, referre eademque litteris tantum minoribus signare, quam iis propria nomina tribuere maluimus.

Quantum nobis hucusque lustrare licuerit, præbent nimirum, ut jam animadvertit divus ille Linné*), montes Vestrogothiæ: Kinnekulle, Mösseberg, Hunneberg ceterique, opportunitatem optimam discernendi et diversitatem maximam stratorum, quibus conficiuntur, et ordinem, quem hæcce servant

*) Iter Vestrogoth. pag. 20.

situ omnino horizontali, quare etiam sectiones horum montium verticales factæ sunt, ut essent nobis certa primordia dispositionis, utque pateret ordo ille manifestus minimeque dubius, quem sequi constat maximam partem regionum in territorio nostro distinguendarum.

Sectiones verticales.

Kinnekulle, e latere occident.	Mösseberg, e latere occident.	Hunneberg, e latere occident.
Saxa eruptionis reliquias organicas		
Regio *Harparum.*	„ *Harparum.*	**non continentia.**
„ *Trincleorum.*	„ *Trincleorum.*	
„ *Asaphorum.*	„ *Asaphorum.*	
		„ *Ceratopygarum.*
„ *Olenorum.*		„ *Olenorum.*
„ *Fucoidarum.*		

Ad quas jam citatas accedunt præterea duæ æquo jure distinguendæ et ceteris adnumerandæ regiones, quum reliquiis suis organicis non minus insignes ac diversæ sint, quarum altera ex. gr. Gothlandiam totam constituit, altera in Scania et insula Bornholm hactenus solum nobis obvia fuit. Ideoque, quamtum comperimus, confici videtur territorium nostrum ex VIII saltem probe distinguendis regionibus. Ut vero ordo, quem teneant, facilius intelligatur, heic omnes uno conspectu exponere placet.

Regio VIII. Cryptonymorum *(Encrinurorum)* = E.
„ VII. Harparum = D E.
„ VI. Trinucleorum = D.
„ V. Asaphorum = C.
„ IV. Ceratopygarum = B C.
„ III. Conocorypharum = B.
„ II. Olenorum = A.
„ I. Fucoidarum.

Regio I. Fucoidarum.

Stratum infimum e cote LINN. Syst. Nat. Ed. XII. Vol. III. p. 10.
Format. transit. e) strata saxi arenacei HIS. Leth. Svec. p. 120.

Infimum omnium tenens locum, per totam fere Scandinaviam, ubi strata hujus formationis antiquiora indagata sint, plerumque ut socia regionis A) divulgata est. Efficitur e stratis validis saxi arenacei, in formam schistosam aut conglomeratam haud raro transeuntibus et cum stratis tenuissimis argillaceis passim alternantibus. Reliquias continet tantummodo plantarum fossilium, quas ad ordinem Algarum refert Brongniart, cujus vero generis sint vix extricari potest.

Regio II. Olenorum = A.

Stratum secundum e schisto LINN. l. c. p. 10.
Stratum schisti aluminaris WAHL. in Nov. Act. Soc. Ups. Vol. VIII. p. 9. HIS. l. c. p. 119.

Occurrit iisdem fere Sueciæ locis ac præcedens, exceptis provinciis septentrioni propioribus; in Norvegia rarescit. Constat maximam partem e schisto aluminari cum stratis validis calcis, præsertim bituminosæ, alternante, quæ vero persæpe globos solum variæ magnitudinis conficit. Huc pertin nt nobilissima illa deposita ad Andrarum, Möckleby, Kaflås, Carlsfors et Latorp, frequentia sua ac multitudine Trilobitarum insignia. Efficitur etiam, quamquam rarius, e saxo conglomerato calcario et saxo arenaceo schistoso ex. gr. in Œlandia. Notandum est etiam anthraciten hac in zona haud raro reperiri, sed non tam copiose, ut strata propria conficiat.

Inter cetera hujus regionis *Crustacea Triloba* prævalent *Leptoplastidæ*, cujus familiæ species XX—XXX distinctas reperimus; neque alia hujus ordinis genera nisi Paradoxus (sp. 3), Liostracus (sp. 3), et Agnostus (sp. 5), (nam Solenopleura (sp. 1) et Pliomera (sp. 1) dubiæ), hic porro indagata sunt. *Ostracodarum* quædam etiam extant species. E classe *Molluscorum* vix nisi perpauca *Brachionopodorum* genera, numeri specierum perexigui.

Inter *Zoophyta* genus *Graptolithorum* novum *) huic regioni proprium videtur, cui nomen Phyllograpta a nobis inditum est.

Regio III. Conocoryphарum = B.

Hucusque, ut supra monuimus, non nisi ad Andrarum Scaniæ et in insula Bornholm a nobis reperta. Composita sunt ejus strata e calce nigrescente. in conglomeratum sæpe abeunte et e schisto aluminari, qui eadem ratione ac proxime præcedens regio, cujus in vicinitate quoque deprehenditur, calcem bituminosam immixtam continet. Crustaceorum item Triloborum ditissima est, multitudine autem generum illi longe antecellens. Ab illa tamen eo distinguitur, quod tota familia Leptoplastidarum deest; præterea fauna sua propria et omnino diversa gaudet. Primum in hac regione nobis exstant genera *Trilobitarum:* Centropleura (sp. 2), Harpides (sp. 2), Symphysurus (sp. 1), Ceratopyge? (sp. 1), Conocoryphe (sp. 3), Aneucanthus (sp. 1), Elyx (sp. 1), Anomocare (sp. 7), Solenopleura (sp. 4), Dolichometopus (sp. 2). Adsunt quoque Paradoxus (sp. 4), Agnostus (sp. 10). Ex *Ostracodis* species variæ. Inter *Mollusca* accedunt nonnulla genera *Brachionopodorum* numero specierum minus abundantia; rarissima sunt *Cephalopoda* et *Pteropoda.* Inter *Zoophyta* non nisi *Graptolithi* et quidem rarissime occurrunt.

Regio IV. Ceratopygarum = B C.

Aliquot tantummodo locis hactenus indagata, ex. gr. in Norvegia ad Opslo et in monte Hunneberg Vestrogothiæ. Comitatur schistum aluminarem regionis A), cui quoque immediate imposita reperitur prope Munkesten in monte jam memorato. Strata hujus zonæ e schisto quoque aluminari calceque nigrescente constant. Quamquam parum adhuc disquisita est hæc regio,

---

*) Ita enim potius interpretamur quod Hisinger Leth. suppl. I. p. 5. t. XXXVIII. ut plantam monocotyledoneam affert, et Eichwald in "Beiträge zur Kentniss d. Russischen Reich. von Bær u. Helmersen B. 8. p. 45—57. tab. 1. f. 6." sub nomine Gorgoniæ flabelliformis distinxit, quodque alii ad Algarum ordinem ducunt.

tamen inter crustacea ejus et præcedentis permagna observatur differentia. Proveniunt primum hic Lonchodomas (sp. 1—2), Pliomera (sp. 1), Megalaspis (sp. 3), Niobe (sp. 3—4), Cyrtometopus? (sp. 1), Corynexocus? (sp. 1), Euloma (sp. 2—3). Sunt ei cum regione III:tia communia genera: Agnostus (sp. 1—2), Symphysurus (sp. 2), Centropleura? (sp. 3), Ceratopyge (sp. 3—6) *), Harpides (sp. 1). Præterea vix quidquam nisi *Mollusca* continet, inter quæ pauca solum *Brachionopodorum* genera indagavimus.

Regio V. Asaphorum = C.

Stratum tertium e marmore. Linn. l. c. p. 10.
Stratum calcarium Wahl. l. p. 9. ex part.
Format. transit d) strata calcaria antiquiora His. l. c. p. 119.

Ex omnibus fere per Sueciam latissime patens; nec deest in Norvegia, ubi variis quidem locis in promptu est. Continet ante omnia deposita calcis impuræ variique coloris, structuram oolithicam interdum sibi induentia, quæ cum interjacentibus stratis margaceis, sæpius tenuissimis, alternant. In hac numerus *Trilobitarum* maximus, sive genera computabis, sive species. Nunc demum proveniunt Trinucleus (sp. 1), Brachypleura (sp. 1) **), Asaphus (sp. 8), Ptychopyge (sp. 9), Phacopidæ (sp. 3), Cybele (sp. 2), Celmus (sp. 1), Chirurus (sp. 2), Cyrtometopus (sp. 8), Sphærexochus? (sp. 1), Lichidæ (sp. 4), Illænus (sp. 3), Rhodope (sp. 2), Dysplanus (sp. 3), Harpes (sp. 1), Nileus (sp. 6) ***), Ampyx (sp. 1), Pharostoma (sp. 1). Huic communia cum antecedente sunt Pliomera (sp. 1), Megalaspis (sp. 18), Niobe (sp. 4), Agnostus (sp. 1), Symphysurus (sp. 3), Lonchodomas (sp. 1), Corynexochus (sp. 2), Euloma? (sp. 1). *Ostracodarum* numerus etiam nunc exiguus. *Mollusca* vero *Cephalopoda*, *Gasteropoda* et *Branchionopoda* magna specierum copia pollent; Adsunt quoque *Conchifera*, specierum autem numero minus abundantia; nec deesse videntur *Pteropoda*. Inter *Radiata* maxime notabiles sunt *Cysteidæ*, sed genuinæ quoque *Crinoidæ* minime absunt.

---

*) Huc Trilobites Forficula, T. acicularis et T. Lyra. Boeck. in Gæa Norv. I. p. 141.

**) Remopleurides Portl.

***) Huc pertinent Trilobites depressus, T. intermedius et T. oblongatus Boeck l. c. p. 142.

Procedunt quidem hic genera complura *Zoophytorum* ex. gr. Calamoporæ et Cyatophylli, quorum species sparsim et gregatim, *Graptolithorum* vero rarissime obveniunt.

Regio VI. Trinucleorum = D.

Stratum quartum e schisto. Linn. l. c. p. 10.
Format. transition. b. strata schisti argillacei. His. p. 119. ex. part.

Huc refero deposita varia imprimis schisti margacei, quæ vix strata calcaria propria, sæpissime modo glæbas lenticulares calcis siliceæ includunt. Obveniunt præsertim in Scania, in insula Bornholm, in Vestrogothia variisque Norvegiæ locis; Cum vero reliquias eorum organicas parum hactenus exploratas et non satis diligenter comparatas habeamus, in præsenti pro certo statuere non possumus, utrum strata hæcce, quæ imprimis magna Trinucleorum, Ampycorum Graptolithorumque copia scatent, unicam tantummodo constituant regionem, an potius in plures minores sejungenda sint. Strata cum litteris D a) signata, quæ inferiorem tenere videntur locum, præsertim in Vestrogothia et Norvegia sunt indagata, quibus locis communia Asaphus glabratus, Ampyx costatus et cet. videntur. Ad ea, quæ superiorem obtinent locum et cum litteris D b) notata sunt, imprimis in Mösseberg, Olleberg et Billingen aliisque montibus Vestrogothiæ aditus nobis patet. Hujus quoque loci videtur schistus argillaceus nigrescens, quique ad Draggå alibique in Dalecarlia reperitur. In hac regione primum in conspectum veniunt genera *Trilobitarum:* Æglina (sp. 1), Ogygia (sp. 3), Acidaspis (sp. 2), Telephus (sp. 3), Sphærometopus (sp. 1), Dionide (Polytomurus) (sp. 1), Rhaphiophorus (sp. 6). De cetero etiam nunc Asaphus (sp. 2), Trinucleus (sp. 6), Ampyx (sp. 3), Lonchodomas (sp. 5), Phacopidæ (sp. 5), Cyrtometopus (sp. 3), Lichidæ (sp. 5), Brachypleura et Amphitryo (sp. 3), Corynexochus (sp. 2), Cybele (sp. 1), Rhodope (sp. 1), Agnostus (sp. 1), exstant. Numerus *Ostracodarum* auctus observatur. Ex *Cephalopodis*, *Gasteropodis* et *Conchiferis* haud paucas numerabis species atque ipsa *Brachionopoda* vix numero minuuntur. Inter *Radiata* rarescunt *Cysteidæ*. At inter *Zoophyta*, alioquin haud numerosa, *Graptolithi* passim mirum sane in modum abundant.

Regio VII. Harparum = D E.

Stratum quartum e schisto. Linn. l. c. p. 10. ex. p. 1, strata calara ibid. ex. part.
Strata schisti argillacei. Wahl. l. c. p. 10. p.
Format. transit. b. strata schisti argillacei. His. l. c. p. 110. ex. p. 1, strata calcarea recensiora ibid. ex. p.

De qua nunc agitur regione ingenue quoque confitendum, nos nescire, utrum unicam solum constiuat zonam, an forsitan rectius in plures dividenda sit. In Dalecarlia maxime explicata conspicitur, ubi per parroecias Rättvik et Ore stratis calcariis validis albidi plerumque coloris, quibus interdum deposita margacea sunt intermixta, sese expandit. Ad hanc quoque regionem strata schisti suprema montium Vestrogothicorum referenda videntur. In Ostrogothia ad Borenshult et in Scania forsitan etiam occurrit, in reliquis vero Sveciæ provinciis adhuc desideratur. In Norvegia per tractus vastos circa Skien, Porsgrund ac per plures insulas in sinu Christianiæ sitas, strata margacea hujus regionis calcaria et arenaria late profusa sunt. Inter Crustacea *Triloba* procedunt heic primum: Astyages (sp. 1), Bronteus (sp. 2), Homalonotus (sp. 1), Cryptonymus (sp. 1), Bumastus (sp. 7), Arrhaphus (sp. 1), Sphærexchus (sp. 8), Deiphon (sp. 2), Isocolus (sp. 1), Trapelocera (sp. 1). Inter jam nota: Calymmene (sp. 2), Phacopidæ (sp. 2), Acidaspis (sp. 2), Prœtus (sp. 3), Harpes (sp. 2), Ampyx (sp. 1), Cybele (sp. 1), Brachypleura (sp. 1), Staurocephalus (sp. 2), Lichidæ (sp. 7). Asaphidæ vero, Trinucleinæ et Agnostidæ prorsus absunt. Ex *Ostracodis* nonnulla etiam apparent. *Cephalopoda, Gasteropoda* et *Conchifera* numero specierum minuuntur, contra augentur *Brachionopoda*. Inter *Radiata Crinoidarum*, qui dicuntur entrochi, passim et gregatim cernuntur, *Cysteidæ* vero jam rarescunt. Inter *Zoophyta* species Cateniporæ, Cyatophylli et Calamoporæ, haud raro occurrunt.

Regio VIII. Cryptonymorum *(Encrinurorum)* = E.

Format. transit. a) strata calcarea recentiora. His. l. c. p. 118. ex. p.

Huic regioni subjecta strata varietatem et petrarum et reliquiarum organicarum nobis præbent maximam. Deposita enim cujusque generis offert,

hæcce regio, arenaria, calcaria, margacea, schisti argillacei et conglomerati calcarii, oolithicam structuram haud raro assumentis, ex. gr. in Gothlandia, quæ terra abundantia sua, varietate reliquiarum organicarum atque pulchritudine longe celebratissima est. In Scania partem versus meridionalem lacus Ringsjö, septentrionalemque versus lacus Wombsjö se extendit, stratis calcariis imprimis ad Bjerrsjöladugård, Tullesbo et Ramsåsa, margaceis ad Klinta et Skartofta, arenariis ad Klinta, Puggerup et Ramsåsa. In Norvegia, præterquam quod complures insulas prope Christianiam et Holmestrand constituit, totas quoque regiones parœciæ Asker alibique conficit. In depositis hujus regionis inferioribus prævalent imprimis strata margacea et arenaria, speciebus variis *Leptænæ* scatentia. In superioribus præsertim increbescunt strata calcaria, frequentia sua Coralliorum et Crinoidarum maxime insignia. Cum vix genus ullum *Crustaceorum* novum huic regioni accedat, eo facilius est eam ab antecedente distinguere, quod plane nunc evanuerunt genera Brachypleura, Harpes, Illænus, Ampyx, Cybele et Cyrtometopus. Abundant vero Phaëtonides (sp. 2), Forbesia (sp. 3), Goniopleura (sp. 2), Phacopidæ (sp. 8), Cryptonymus (Encrinurus) (sp. 5), Calymmene (sp. 3), Homalonotus (sp. 1), Chirurus (sp. 2), Sphærexochus (sp. 2), Acidaspis (sp. 5), Trapelocera (sp. 1), Bumastus (sp. 2), Bronteus (sp. 3), Deiphon (sp. 2), Lichidæ (sp. 9). *Ostracodæ* nunc magnum specierum numerum explicant. Inter *Annulata* haud raro *Tubicolæ* inveniuntur. Inter *Mollusca: Cephalopoda, Brachionopoda* ac *Conchifera* et varietate generum et abundantia specierum quam maxime crescunt; nec desunt genera plura *Pteropodorum.* Inter *Radiata* præsertim *Crinoidæ* copia et varietate antea nondum visa, nec umquam satis admiranda formarum pulcherrimarum eminent. Fragmenta earum ita catervatim sæpe accumulata sunt, ut tota strata ex iis solum conflata videantur. Heic quoque *Asteroidæ* numeri specierum perexigui primum accedunt. *Zoophyta* denique hujus regionis numero specierum ac multitudine nulli alii animalculorum classi cedunt. *Graptolithi* quidem rarius, *Bryozoa* et cet. crebrius occurrunt, sed omnibus ceteris antecellunt venustæ et speciosissimæ illæ formæ, quas olim *Lithophyta* dixere, quorumque densissima strata ex Astrææ, Cyatophylli, Stromatoporæ, Calamoporæ, aliorumque generum speciebus, giganteæ sæpe

magnitudinis (feracissimum enim fuit tunc temporis mare), congesta, per integra stadia sese extendunt. Congeriem hancce per litora Gothlandiæ contemplanti certe in mentem veniat strues illa coralliorum, quam nunc per insulas admiramur Indicas *). Easdem ipsas coralliorum rupes, olim æstibus, qui eas genuit, oceani expositas, etiam nunc fluctibus objectas sub oculis habet, sed maris prorsus alieni et minime coralliferi.

Ex his jam allatis sine ulla dubitatione statuere possumus, formationem transitionis Scandinavicæ, cujus deposita opus multorum sæculorum jure censeri debent, in multas, ni fallor in 8, si fidem habeant reliquiæ organicæ, æque bene circumscriptas abire regiones verticales, quoniam singulis singulæ sunt certæ et peculiares faunulæ. Quamvis obiter tantum, quomodo in nostra terra per singulas regiones distributæ sint Trilobitæ, ostenderimus, et quamvis nonnullæ nostræ zonæ ex. gr. Olenorum, Ceratopygarum, Asaphorum et Cryptonymorum aliis locis, ut in Bohemia**) omnino desiderentur, aliæ autem accedant, tamen cuique ordinem, quo genera Trilobitarum hujus terræ exstiterint, accuratius attendenti luculenter apparet, miram quandam esse similitudinem et consensum formationum transitionis Bohemicæ et Scandinavicæ.

Quod hoc loco de Trilobitis dictum est, idem etiam, quantum comperimus, de ceteris animalium ordinibus valet. Differentias autem cujusque zonæ copiosius tractare et tabulis quibusdam, fasciculo operis tertio adjungendis, accuratius exponere nobis in animo est.

*) Linn. Amœnit. Acad. Vol. I. p. 86.

**) Bohemiam præsertim citavimus, cujus formatio transitionis studio diligentissimo atque opera cl. Barrandei, jam omnium optime cognita et disquisita sit.

Addenda et Corrigenda.

Pag.	VI.	*lin.*	21.	*loco*	Sphærometopus *lege:* Sphærocoryphe.
„	VII.	„	3.	„	calaria *l.* calcaria.
„	4.	„	19.	„	Eryx *l.* Elyx n. g. Fam. Arraphidæ?
„	5.	„	21.	„	Acontheus *l.* Aneucanthus n. g. Fam. Corynexochidæ.
„	11.	„	13.	„	— *l.* —
„	10.	„	17.	„	E) *l.* D—E).
„	11.	„	15.	„	E) *l.* D—E).
„	13.	„	2.	„	*ante* Remopleurides *pone:* Brachypleura n. Fam. Brachypleuridæ.
„	—	„	16.	„	Remopleurides 6-lineatus *l.* Brachypleura 6-lineata.
„	19.	„	23.	„	Remopleurides 4-lineatus *l.* Brachypleura lineata.
„	23.	„	27.		*post* Celmus n. g. *scribe:* Fam. Goniopleuridæ.
„	24.	„	28.	„	rachis *l.* rachi.
„	31.	„	7.	„	Begr. *l.* Beyr.
„	61.	„	10.	„	Aulacopleuridæ *l.* Solenopleuridæ.
„	68.	„	26.		*post* remotis *adde:* (vel fronte utrinque subbiloba?).
„	70.	„	10.	„	abdo- *l.* abdomine.
„	72.	„	16.	„	Dolichometopus n. g. *adde:* Fam. Corynexochidæ.
„	89.	„	10.	„	Edm. *l.* Esm.

Obs. *Edito opere egregio cl. Barrandei: Système Silurien du centre de la Bohème, quo unico nostra de Trilobitis cognitio subito tantum accrevit, quantum opera omnium antecessorum (tantopere enim hic unus vir de scientia meritus est), characteribusque genericis in fasciculo hujus operis 1:mo adhibitis nunc potius in totas familias quadrantibus, necesse fuit et genus Prœti et alia quoque genera, arctioribus circumscribere limitibus. Argumentum huic rationi haud exiguum affert quoque illa in opere laudato jam facta dispositio Trilobitarum per familias naturales, naturæ aptissima.*

PHAËTHONIDES. Barr.

Prionopeltis. Corda.

Fam. Goniopleuridæ.

Corpus latiusculum, subovale, distincte longitudialiter trilobum, testa lævissima, aciculata tectum.

Caput semilunare, undique marginatum canaliculoque lato, intramarginali præditum. Anguli capitis exteriores cornigeri. Frons ovata marginem apicalem haud attingens, utrinque lobo 1 distincto basali, lineisque 2 obsoletis abbreviatis impressis. Oculi sat magni, semicirculares, approximati, subbasales. Sutura facialis utrinque ab oculis extrorsum flexa, postice ad latera capitis anticeque ad marginem apicalem ducta.

Thorax e segmentis 10, sulco pleurico instructis: rachi pleuris angustiore.

Abdomen majusculum, semicirculare, immarginatum, margine integerrimo aut dentato; rachis angusta, subcylindracea, ante scuti apicem evanescens; latera scuti subplana, costis dichotomis.

Obs. Præter omnes species abdomine margine dentato gaudentes et a cl. Barrande ad hocce genus relatas, huc etiam referendi sunt Prœtus decorus et Prœt. Astyanax ejusd. auctoris, quibus abdomen margine integerrimum est.

T. XVII. f. 4.
Phaëthonides Stokesi. Murch!

Asaphus Stokesii. Murch. Sil. Syst. p. 655. t. XIV. f. 6.
Prætus Stokesii. Lovén, l. c. 1825. p. 50. t. I. f. 3 a—d.

Loc. nat. In stratis regionis E), *Gothlandiæ.*

Obs. Ab omnibus speciebus jam allatis cl. Barrandei facillime distinguitur Phaëtonides Stokesii, quod tuberculo utrinque pone basin frontis auctus est.

T. XVII. f. 4. *Phaëtonides Stokesi,* magn. nat. f. 4 a. caput a latere f. 4 b. ejusd. frons secund. specim. decorticatum f. 4 c. sculptura crustæ magn. auct.

FORBESIA. M'Coy.

Fam. Goniopleuridæ.

Corpus oblongum, distincte longitudinaliter trilobum, crusta lævi, aciculata vel granulata instructum.

Caput semilunare, convexum, undique marginatum sulcoque intramarginali; anguli exteriores cornigeri. Frons latiuscula, ovata, sulcum apicalem subattingens, lateribus integerrima, lineis utrinque 2 abbreviatis impressa. Oculi majusculi, semilunares, subapproximati, subbasales? Sutura facialis postice ab oculis ad marginem baseos anticeque parum extrorsum flexa ad marginem apicalem decurrens.

Thorax e segmentis 10, sulco pleurico impressis, apicibus obtusis antrorsum imbricatis; rachis pleuris vix angustior.

Abdomen capite minus, rotundatum, immarginatum: rachis distincta conica, ante apicem evanescens: pleuræ costis obsoletis, dichotomis.

T. XVII. f. 5.
Forbesia concinna. Dalm.

F. abdomine lævi.

Calymmene concinna. Dalm., l. c. p. 231. t. I. f. 5 a—c. His. l. c. p. 12. t. I. f. 10 a b.
Prætus concinnus. Lovén, l. c. p. 49. t. I. f. 2 a b.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ.*

T. XVII. f. 5. *Forbesia concinna,* magn. nat. f. 5 a. ejusd. caput a latere f. 5 b. ejusd. frons secund. specim. decorticatum.

T. XVII. f. 6.

Forbesia conspersa. n. sp.

F. . . . . abdomine granulato.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ.*

T. XVII. f. 6. *Forbesia conspersa,* abdomen magn. nat.

GONIOPLEURA. CORDA.

Cyphaspis. BARR. ex. p.

Fam. **Goniopleuridæ.**

Corpus angustum, oblongum, distincte longitudinaliter trilobum, crusta granulata tectum.

Caput subsagittatum, undique marginatum sulcoque intramarginali, anguli exteriores producti, cornigeri. Frons abbreviata, angusta, ovata, utrinque lobo 1 distincto basali. Oculi similunati, distantes, medium versus genarum siti. Sutura ut in affinibus.

Thorax constituitur e segmentis 12, sulco pleurico impressis, apice obtusis antrorsum imbricatis.

Abdomen parvum, rotundatum, immarginatum: rachis distincta, brevis: pleuræ obsolete costatæ.

T. XVII. f. 7.

Goniopleura elegantula. n.

Prœtus elegantulus. LOVÉN, l. c. p. 51. t. I. f. 4 a b.
Cyphaspis elegantulus. BARR.
Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ.*

T. XVII. f. 7. *Goniopleura elegantula,* magn. nat. f. 7 a. ejusd. caput a latere f. 7 b. id. subtus visum.

CELMUS n. g.

Corpus angustum, oblongum, convexum, distincte longitudinaliter trilobum, crusta granulata tectum.

Caput subreniforme, undique marginatum sulcoque intramarginali, anguli exteriores abbreviati, rotundati. Frons distincta, latiuscula, ovata, sulcum apicalem attingens, utrinque subbiloba. Oculi parvi, papilliformes, approximati, medium versus genarum siti. Sutura facialis postice ab oculis ad marginem basalem? anticeque ad marginem apicalem ducta.

Thorax e segmentis 12, sulco pleurico impressis; rachis lata, pleuris vix angustior.

Abdomen . . . . .

T. XVII. f. 8.

Celmus granulatus. n. sp.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Skarpåsen.

T. XVII. f. 8. *Celmus granulatus*, magn. nat. f. 8 a. id. a latere.

ANOMOCARE. n. g.

Pterocephalia? F. Roem.

Fam. **Liostracidæ.**

Corpus oblongum, convexum, distincte longitudinaliter trilobum, crusta lævi, excavato-punctata, aciculata vel alutacea tectum.

Caput semilunare, sagittatum, margine plano sulcoque intramarginali aut immarginatum; anguli exteriores producti, acuminati. Frons subangusta, ovata vel oblongula, marginem apicalem haud attingens, utrinque lineis impressis lobata: lobis decrescentibus. Oculi majusculi, distantes medium versus frontis siti, loboque orbitali marginato præditi. Sutura facialis postice ab oculis oblique ad marginem basalem anticeque ad marginem apicalem decurrens.

Thorax constat e segmentis 10— angustatis, sulco pleurico extrorsum evanescente canaliculatis, apice obtusiusculis; rachis angusta, convexa.

Abdomen rotundatum, plerumque impressione intramarginali lata præditum: rachis distincta, angusta, ante apicem scuti desinente: costis lateralibus ante marginem evanescentibus.

T. XVIII. f. 1.
Anomocare læve. n. sp.

A. subalutaceum, capite marginato, fronte oblongato-ovata.

Luc. nat. In stratis regionis B) *Scaniæ* ad Andrarum.

T. XVIII. f. 1. *Anomocare læve*, magn. nat. f. 1. ejusd. caput a latere.

T. XVIII. f. 2.
Anomocare limbatum. n. sp.

A. lævissimum, capite abdomineque marginatis, fronte oblonga, utrinque tuberculo aucta.

Loc. nat. In stratis ejusd. regionis ac præcedens.

T. XVIII. f. 2. *Anomocare limbatum,* magn. nat.

T. XVIII. f. 3.
Anomocare excavatum. n. sp.

A. aciculatum, capite? abdomineque immarginatis; fronte oblonga, utrinque tuberculo aucta.

Loc. nat. In stratis regionis B) ad Andrarum *Scaniæ* et in insula Bornholm.

T. XVIII. f. 3. *Anomocare excavatum,* magn. nat.

T. XVIII. f. 4.
Anomocare microphthalmum. n. sp.

A. capite limbato, fronte ovata.

Loc. nat. In stratis ejusdem regionis cum præcedentibus ad Andrarum *Scaniæ.*

T. XVIII. f. 4. *Anomocare microphthalmum,* magn. nat.

T. XVIII. f. 5.
Anomocare difforme. n. sp.

A. excavato-punctatum, capite subsagittato, immarginato, apice rotundato, annulo occipitali puncto elevato.

Loc. nat. In stratis regionis B) ad Andrarum *Scaniæ* et in insula Bornholm.

T. XVIII. f. 5. *Anomocare difforme,* magn. nat.

T. XVIII. f. 6.

Anomocare aculeatum. n. sp.

A. excavato-punctatum, capite subsagittato, immarginato, apice subproducto, rotundato, annulo occipitali aculeato.

Loc. nat. In stratis regionis B) ad Andrarum *Scaniæ.*

T. XVIII. f. 6. *Anomocare aculeatum,* frons magn. nat.

T. XVIII. f. 7.

Anomocare acuminatum. n. sp.

A. excavato-punctatum, capite sagittato, immarginato, apice producto, acuminato, annulo occipitali puncto elevato.

Loc. nat. Cum præcedente.

T. XVIII. f. 7. *Anomocare acuminatum*, fragm, capit. magn. nat.

SOLENOPLEURA. n. g.

Fam. **Solenopleuridæ.**

Corpus ovatum, longitudinaliter trilobum, crusta granulata vel elevato-punctata tectum.

Caput latum, semicirculare, convexum, undique incrassato-marginatum sulcoque intramarginali; anguli exteriores abbreviati, mutici. Prominentia ovata, sulcum apicalem haud attingens, subintegerrima vel utrinque 2-loba. Oculi parvi, semilunares, remoti, genarum medium versus siti. Sutura facialis postice ob oculis ad angulum capitis exteriorem, anticeque ad marginem apicalem decurrens.

Thorax e segmentis circiter 14? sulco pleurico canaliculatis, apice rotundatis.

Abdomen parvum, rotundatum, immarginatum, costis lateralibus distinctis, 2—4 longitudinaliter sulcatis; rachis distincta, lateribus scuti angustior.

T. XVIII. f. 8.

Solenopleura holometopa. n. sp.

S. minute granulata, fronte subintegra, abdomine costis utrinque 2.

Loc. nat. In stratis regionis B) *Scaniæ* ad Andrarum et in insula Bornholm.

T. XVIII. f. 8. *Solenopleura holometopa*, magn. nat. f. 8. ejusd. caput a latere.

T. XVIII. f. 9.

Solenopleura canaliculata. n. sp.

S. granulata, fronte utrinque biloba, abdomine 4–costato.

Loc. nat. In stratis regionis B) *Scaniæ* ad Andrarum.

T. XVIII. f. 9. *Solenopleura canaliculata*, magn. nat. f. 9 a. ejusd. caput a latere.

T. XIX. f. 1.

Solenopleura brachymetopa. n. sp.

S. granulata, fronte utrinque biloba, abdomine 3–costato.

Loc. nat. In stratis regionis B) *Scaniæ* ad Andrarum et in insula Bornholm.

T. XIX. f. 1. *Solenopleura brachymetopa*, magn. nat. f. 1 a. ejusd. caput a latere.

LIOSTRACUS. n. g.

Fam. **Liostracidæ.**

Corpus . . . . longitudinaliter trilobum, crusta lævi tectum.

Caput immarginatum sulcoque intramarginali: anguli exteriores . . . Frons ovata, integerrima: Oculi parvi, distantes, semilunati, genarum medium versus siti; sutura facialis postice ab oculis ad marginem apicalem ducta, anticeque ad marginem apicalem decurrens.

Thorax . . . .

Abdomen rotundatum, rachi costisque lateralibus distinctis.

T. XIX. f. 2.

Liostracus aculeatus. n. sp.

L. capite annulo occipitali aculeato, abdomine utrinque bicostato.

Loc. nat. In stratis regionis A) *Ølandiæ* prope Borgholm.

T. XIX. f. 2. *Liostracus aculeatus*, magn. nat.

T. XIX. f. 3.

Liostracus muticus. n. sp.

L. capite annulo occipitali mutico.

Loc. nat. In stratis regionis A) *Œlandiæ.*

T. XIX. f. 3. ***Liostracus muticus***, fragm. capit. magn. nat.

T. XIX. f. 4.

Solenopleura? stenometopa.

S? fronte aspera, integerrima, ante apicem tuberculo ornata.

Loc. nat. In stratis regionis A) *Vestrogothiæ* prope Gudhem; *Œlandiæ* ad Möckleby.

T. XIX. f. 4. *Solenopleura? stenometopa,* fragm. capitis magn. nat.

CALYMMENE. Brongn.

Fam. **Calymmenidæ.**

Corpus ovatum, longitudinaliter trilobum, crusta lævi, alutacea vel granulata præditum.

Caput breviusculum, subtriangulare, margine undique incrassato, sulcoque intramarginali; anguli haud producti, mutici. Sutura facialis postice ab oculis ad angulum capitis exteriorem anticeque ad marginem apicalem continuata. Oculi parvi, distantes, lobo orbitali minuto præditi. Frons lata, antrorsum angustior, marginem haud attingens, utrinque 3—5 lobata: lobis distantibus, alternis minoribus.

Thorax segmentis circiter 13, sulco pleurico canaliculatis; rachis distincta elevata, pleuris vix angustior.

Abdomen capite minus, rotundatum, immarginatum: costis lateralibus longitudinaliter sulcatis, marginem attingentibus: rachi distincta, crassa.

T. XIX. f. 5.

Calymmene spectabilis. n. sp.

C. obsolete granulosa, fronte utrinque sub 5-loba; abdomine costis lateralibus utrinque 5, interstitio 4-plo latioribus.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ.*

T. XIX. f. 5. *Calymmene spectabilis,* magn. nat.

T. XIX. f. 5 a–d.

Calymmene tuberculata. BRÜNN. (**Blumenbachi.** BRONGN.).

C. granulata fronte utrinque sub-4–loba, abdomine costis lateralibus utrinque 5, interstitiis 2–plo latioribus.

Entomolithus N:r 3 LINN. in Vet. Acad. Handl. 1759. p. 22. t. I. f. 3. — Museum Tessinianum t. III. f. 2. — *Trilobites tuberculatus.* BRÜNN. l. c. p. 389. — *Entomostracites tuberculatus.* WAHL. l. c. p. 31. — *Calymene Blumenbachii.* BROGN. l. c. p. 11. t. I. f. 1. A—D. DALM. l. c. p. 226. t. I. f. 2, 3. a—c. HISING. l. c. p. 10. t. I. f. 3, 4. a, b.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ.* In *Norvegia* ex. gr. in Langöen prope Holmestrand et Malmöen prope Christianiam.

Tab. XIX. f. 5 a. *Calymene tuberculata.* BRÜNN. caput a latere, magn. nat. f. 5 b. epistoma extus visum, magn. nat. f. 5 c. id. intus visum, magn. auct. f. 5 d. segmenta thoracis.

HOMALONOTUS. KÖN?

Trimerus. GREEN.

Fam. **Calymmenidæ.**

Corpus oblongato–ovatum, convexum, sulcis longitudinalibus obsoletissimis vel plane nullis; crusta variat lævis, strigosa vel alutacea.

Caput triangulare, muticum, margine undique incrassato sulcoque intramarginali. Oculi parvi, distantes, lobo orbitali minuto præditi. Sutura facialis postice ab oculis ad angulum capitis exteriorem decurrens, antice frontem late circumscribens. Frons obsoleta, lata, antrorsum angustior, marginem haud attingens.

Thorax æquabiliter convexum nec trilobum: segmenta 13—14 sulco pleurico obsolete canaliculata, apicibus rotundatis, antrorsum imbricatis.

Abdomen capite angustius, subtrilobum, obsolete marginatum: costis lateralibus distinctis, planis, simplicibus.

T. XIX. f. 6.

Homalonotus platynotus. DALM.

H. fronte utrinque 3–loba, abdomine rotundato, utrinque 5 costato.

Asaphus platynotus. DALM. in Vet. Acad. Årsb. 1828. p. 435. HIS. l. c. p. 15.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Vestrogothiæ,* in montibus Mösseberg et Olleberg.

T. XIX. f. 6. *Homalonotus platynotus,* magn. nat. f. 6 a. ejusdem? epistoma.

T. XX. f. 1.

Homalonotus rhinotropis. n. sp.

Hom. fronte integerrima: abdomine triangulari, acuto, utrinque 7—8 costato.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Scaniæ* ad Klinta, Gothlandiæ ad Bursvik, Hoburg etc.

T. XII. f. 1. *Homalonotus rhinotropis*, specim. adultum magn. nat. f. 1 b. ejusdem. caput a latere f. 1 c epistoma f. 1 d. pars apicalis segment. thoracici. f. 1 e. sectio vertical. thorac. f. 1 f. abdomen specim. juvenilis f. 1 g. id. a latere.

PLIOMERA. n.

Amphion. PAND. ex. p.

Fam. **Chiruridæ.**

Corpus elongatum, convexum, longitudinaliter trilobum, crusta lævissima impesso-punctata vel foveolata.

Caput breve, transversum, undique marginatum sulcoque intramarginali. Anguli exteriores abbreviati, rotundati. Oculi parvi, remoti, subtiliter reticulati. Sutura facialis postice ab oculis ad latera capitis anticeque ad marginem apicalem ducta. Frons distincta, breviuscula, subæqualis vel antice vix latior, sulcum marginalem attingens.

Thorax segmentis numerosis (15—18), perangustis, sublinearibus, sulcoque pleurico omnino destitutis.

Abdomen capite angustius, immarginatum: rachis distincta breviuscula: costæ laterales haud sulcatæ, marginem excedentes.

T. XX. f. 2.

Pliomera Fischeri. EICHW.

P. fronte apice emarginata, segmentis thoracis 18.

Asaphus Fischeri. EICHW. observ. p. 52. t. III. f. 2 a b.

Calymene polytoma. DALM. in Vet. Acad Handl. 1826. p. 229. t. I. f. a—c. HIS. l. c. p. 11. t. I. f. 6 a b.

Amphion frontiloba. PAND. Beytr. p. 139. t. IV. f. 1. t. IV. f. 5—7. t. V. f. 3 & 8.

Loc. nat. In stratis regionis C) Ostrogothiæ ad Husbyfjöl, Berg, Ljung; Vestrogothiæ ad Warnhem; Œlandiæ ad Sandvik; Smolandiæ ad Humlenäs; In Scania etiam rarius atque in Norvegia ex. gr. circa Christianiam occurrit.

T. XX. f. 2. *Pliomera Fischeri*, specim. expansum magn. auct. f. 2 c. specim. convolutum, f. 2 a. ejusd. caput a latere, f. 2 b. epistoma.

CHIRURUS. Begr.

Fam. Chiruridæ.

Corpus oblongato-ovatum, distincte longitudinaliter trilobum; crusta variat lævis, scrobiculata, granulata vel alutacea.

Caput semilunare, cornigerum, undique marginatum sulcoque intramarginali. Frons distincta, convexa, antrorsum subdilatata, sulcumque marginalem attingens, utrinque 3-loba. Oculi parvi, semilunares, subtiliter reticulati, modice distantes, centrales seu genarum medium versus siti, introrsum lobo orbitali exiguo præditi. Sutura facialis postice ab oculis ad latera capitis continuata, antice frontem arcte circumscribens.

Thorax e segmentis 11 angustis; pleuris basi sulco perbrevi, obliquo impressis, apicibus elongatis, acuminatis, retroflexis.

Abdomen parvum, immarginatum: rachis obsoleta: costæ laterales in spinas marginem excedentes productæ.

T. XXI. f. 1.

Chirurus ornatus. Dalm.

C. fronte alutacea, lobis basalibus discretis, interstitio subangustioribus, terminali tumidiusculo, antice rotundato.

Calymene ornata. Dalm. in Vet. Acad. Årsb. 1820. p. 134. His. l. c. p. 11. Lovén in Vet. Acad. Förhandl. 1844. p. 64.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöl.

T. XXI. f. 1. *Chirurus ornatus*, magn. nat. f. 1 a. ejusd. caput a latere f. 1 b. epistoma.

T. XXI. f. 2.

Chirurus exsul. Beyr.

C. fronte granulosa, lobis basalibus discretis, rotundatis, interstitio angustioribus, terminali latiusculo, antice truncato.

Chirurus exsul. Beyr. Unters. ueb. Trilob. II. p. 3. t. IV. f. 6.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Œlandiæ*; occurrit quoque in saxis dispersis circa Nöbbelöf *Scaniæ*.

T. XXI. f. 2. *Chirurus exsul*, fragment capitis magn. nat.

T. XXI. f. 3.
Chirurus conformis. n. sp.

C. fronte granulata, lobis basalibus cuneatis, interstitio obsoleto, lobo terminali tumido, radiatim punctato.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ* ad Burswik, Hoburg etc.

T. XXI. f. 3. *Chirurus conformis*, caput magn. nat.

CYRTOMETOPUS. n. g.
Fam. Chiruridæ.

Corpus oblongato-ovatum, longitudinaliter trilobum; crusta variat lævis, alutacea, granulata vel scrobiculata.

Caput semilunare, cornigerum, valde convexum, undique marginatum sulcoque intramarginali. Frons distincta, elevata, sulcum marginalem attingens, antrorsum angustior, utrinque 3 loba. Oculi parvi, semilunares, subtiliter reticulati, modice distantes, subapicales seu genarum antico approximati: sutura facialis postice ab oculis ad latera capitis decurrens, antice frontem arcte circumscribens.

Thorax e segmentis 11 angustis, sulco pleurico angusto, extrorsum evanescente impressis, apice elongatis, acuminatis, deflexis.

Abdomen parvum, immarginatum, rachi distincta, costis lateralibus marginem excedentibus.

T. XXI. f. 4.
Cyrtometopus clavifrons. Dalm. ex. p.

C. capite alutaceo; genis obsolete scrobiculatis.

Calymene clavifrons. Dalm. in Vet. Acad. Handl. 1826. p. 260. et in Vet. Acad. Årsb. 1828. p. 135. His. l. c. p. 12 (exl. icone XXXVII. f. 1. quæ ad Sphærexoch. angustifr. spectat).

Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöl, *Smolandiæ* ad Humlenäs, *Œlandiæ* ad Resmo, *Scaniæ* ad Fogelsång, Gårdlösa et quidem in monte Billingen *Vestrogothiæ* teste Dalm. In *Norvegia* in Ladegaardsöen.

T. HXI. f. 4. *Cyrtometopus clavifrons,* Dalm. magn. nat. f. 4 a. ejusd. caput a latere.

ACIDASPIS. Murch.

Odontopleura. Emm.

Fam. Mastigopleuridæ.

Corpus late ovatum, trilobum; crusta lævissima, alutacea vel granulata.

Caput breve, transversum, semilunare, cornigerum, obsolete marginatum: marginibus lateralibus pectinatis, apicali truncato, mutico. Oculi parvi, conici, subtiliter reticulati, introrsum lobo orbitali exiguo instructi, valde approximati, subbasales, subpedicellati; costulæ faciales utrinque 2 ab apice frontis ad oculos ductæ. Sutura facialis postice ab oculis maginem baseos prope angulum capitis exteriorem petit, antice ad marginem apicalem continuatur. Frons distincta, latiuscula, parum convexa, utrinque 1—2-loba, antrorsum angustior, sulcum apicalem attingens.

Thorax depressus, versus apicem parum angustior; segmenta 9, lateralia longitudinaliter costata sulcoque pleurico destituta, apice elongata, spiniformia, retroflexa; rachis angusta, elevata.

Abdomen parvum, immarginatum, margine armatum; rachis distincta, breviuscula, apice rotundata; latera scuti costis raris in spinas marginem excedentes elongatis.

T. XXI. f. 5.
Acidaspis pectinata. n. sp.

A. annulo occipitali mutico? abdomine utrinque spinis 6, antepenultimis longissimis.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ.*

T. XXI. f. 6. *Acidaspis pectinata,* magn. nat.

T. XXI. f. 6.

Acidaspis crenata. Emm.

A. annulo occipitali aculeato, thorace utrinque verrucarum serie 1, abdomine spinis utrinque 8, penultimis longissimis.

Odontopleura crenata. Emm. Naturgesch. d. Trilobit.

Ceraurus crenatus. Lovén in Vet. Acad. Förhand. 1845. p. 47, t. I. f. 1.

Loc. nat. In stratis ejusdem regionis locique ac præcedens.

T. XXI. f. 6. *Acidaspis crenata,* magn. nat. f. 6 a. ejusd. caput a latere f. 6 b. ejusd. oculus.

TRAPELOCERA. Corda.

Fam. Mastigopleuridæ.

Corpus **fere parallelipedicum, postice parum angustius; crusta alutacea, vel granulata.**

Caput **breve, transversum, convexum, submarginatum, cornigerum: marginibus lateralibus rotundatis pectinatis, apicali subrecto. Frons lata, obsolete determinata, antice angustata sulcumque marginalem attingens, utrinque biloba. Costa facialis utrinque 1, ad apicem frontis extrorsum continuata, genarum latera versus in tuberculum elatum, conicum desinens (oculi substipitati?). Sutura facialis nulla?**

Thorax **subæqualis e segmentis 10 constat: rachis distincta, convexa: segmenta lateralia latiuscula, basi depressa, sulco pleurico obsoletissimo, apice bispinosa; spina altera subuliformis, altera angusta, lanceolata margineque pectinata.**

Abdomen **parvum, perbreve, transversum, immarginatum, margine armatum: costæ laterales nullæ: rachi distincta, abbreviata, truncata.**

T. XXI. f. 7.

Trapelocera bicuspis n. sp.

T. lobis frontalibus maximis.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ.*

T. XXI. f. 7. *Trapelocera bicuspis,* fragment. capitis magn. nat.

T. XXII. f. 1.
Pliomera Mathesii. n. sp.

P. fronte latiuscula, lobo terminali integerrimo; thorace segmentis 14.

Loc. nat. In stratis schisti aluminaris regionis B—C?) *Vestrogothiæ* ad Carlsfors ubi primus indagavit cl. Mathesius, cui historiæ naturalis indefesso scrutatori quam plurima debemus fossilia Vestrogothiæ rarissima.

T. XXII. f. 1. *Pliomera Mathesii,* magn. nat. f. 1 a. ead. convolut. f. 1 b. ejusd. caput. antice visum f. 1 c. id. a latere.

T. XXII. f. 2.
Pliomera actinura. Dalm.

P. fronte angusta, lobo terminali exiguo, integerrimo; thorace segmentis 14?

Calymene actinura. Dalm. in Vet. Acad. Handl. 1824. p. 370. t. IV. f. A—C. et ibid. 1826. p. 230. His. l. c. p. 11. t. I. f. 7.

Loc. nat. In stratis calcariis regionis C?) *Ostrogothiæ* ad Berg? Dalm. (Mus. Holm.).

T. XXII. f. 2. *Pliomera actinura* magn. nat.

T. XXII. f. 3.
Cyrtometopus scrobiculatus, n. sp.

C. fronte alutacea, genis scrobiculatis; annulo occipitali puncto elevato, medio; abdomine utrinque 3-spinoso.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Scaniæ* ad Fogelsång.

T. XXII. f. 3. *Cyrtometopus scrobiculatus.*

T. XXII. f. 4.
Cyrtometopus diacanthus. n. sp.

C. fronte alutacea, genis parce scrobiculatis, abdomine lato, transverso; spinis basalibus longissimis.

Loc. nat. In stratis regionis C) cum præcedente.

T. XXII. f. 4. *Cyrtometopus diacanthus.*

T. XXII. f. 5.
Cyrtometopus? decacanthus. n. sp.

C. alutaceus, thorace utrinque serie verrucarum duplici; abdomine spinis utrinque 5 sensim brevioribus.

Loc. nat. In stratis regionis D) *Vestrogothiæ* in monte Mösseberg.

T. XXII. f. 5. *Cyrtometopus? decacanthus.*

T. XXII. f. 6.

Cyrtometopus octacanthus. n. sp.

C. fronte alutacea, genis parcius scrobiculatis; abdomine utrinque spinis 4 sensim brevioribus.

Loc. nat. In stratis regionis D) *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. XXII. f. 6. *Cyrtometopus decacanthus*, magn. nat.

T. XXII. f. 7.

Cyrtometopus longispinus. n. sp.

C. abdomine angusto, spinis basalibus longissimis.

Loc. nat. In saxis dispersis regionis D) *Vestrogothiæ* cum antecedente.

T. XXII. f. 7. *Cyrtometopus longispinus.*

SPHÆREXOCHUS. BEYR.

Fam. **Chiruridæ.**

Corpus oblongato-ovatum, angustum, longitudinaliter trilobum, crusta alutacea vel granulosa.

Caput subreniforme, angustum, valde convexum, undique marginatum sulcoque intramarginali: anguli abbreviati, rotundati. Frons distincta, lata, subglobosa, antrorsum haud angustior, utrinque 3-lobata, paribus loborum anticis obsoletis, basalibus maximis. Oculi parvi, lobo orbitali exiguo instructi, subdistantes, subcentrales. Sutura facialis postice ab oculis ad angulos capitis exteriores ducta, antice frontem circumscribens.

Thorax subæqualis e segmentis 10— angustis, obtusis, sulco pleurico destitutis; rachis lata.

Abdomen parvum, subtriangulare, immarginatum; rachis distincta, obconica, ante apicem desinens; costæ laterales simplices, obtusiusculæ, marginem excedentes.

T. XXII. f. 8.

Sphærexochus angustifrons. n. sp.

S. fronte subalutacea, lobis basalibus discretis, rotundis, interstitio vix angustioribus.

Calymene sclerops. His. l. c. supl. p. 3. t. XXXVII.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ.*

T. XXII. f. 8. *Sphærexochus angustifrons,* caput. magn. nat.

T. XXII. f. 9.

Sphærexochus scabridus. n. sp.

S. fronte alutacea, lobis basalibus discretis, rotundis, interstitio angustioribus.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ.*

T. XXII. f. 9. *Sphærexochus scabridus,* caput magn. nat.

T. XXII. f. 10.

Sphærexochus latifrons. n. sp.

S. fronte subalutacea, lobis basalibus discretis, rotundis, interstitio duplo angustioribus.

Loc. nat. In stratis regionis E) cum præcedente.

T. XXII. f. 10. *Sphærexochus latifrons.*

T. XXII. f. 11.

Acidaspis granulata. Wahl. ex. p.

A. thorace verrucularum serie triplici rachis pleurarumque; abdomine spinis utrinque 4, penultimis longissimis.

Entomostracites granulatus. Wahl. l. c. p. 5. t. II. f. 1. abdomen (excl. capite ad Trinucl. Wahlenbergi pertinente.

Calymene? centrina. Dalm. in Vet. Acad. Årsb. 1828. p. 135. His. l. c. p. 12.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Vestrogothiæ* in montibus Olleberg et Mösseberg.

T. XXII. f. 11. *Acidaspis granulata,* magn. nat.

T. XXII. f. 12.

Acidaspis multicuspis. n. sp.

A. capite margine basali medio aculeis 3, laterali utrinque 2 armato.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ.*

T. XXII. f. 12. *Acidaspis multicuspis,* fragm. capitis magn. auct.

T. XXII. f. 13.

Acidaspis Marklini. n. sp.

A. thorace pleuris serie verrucarum 1, abdomine utrinque spinis 4, antepenultimis longissimis.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ.* (Cl. MARKLIN).

T. XXII. f. 13. *Acidaspis Marklini*, magn. nat.

T. XXII. f. 14.

Acidaspis Barrandei. n. sp.

A. thorace serie verrucarum duplici rachis pleurarumque; abdomine spinis utrinque 2, basalibus longissimis.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ.*

T. XXII. f. 14. *Acidaspis Barrandei*, magn. nat.

T. XXII. f. 15.

Acidaspis? armata. BOECK.

A. fronte utrinque 1-loba, annulo occipitali bispinoso, abdomine utrinque spinis 6, antepenultimis longissimis.

Trilobites armatus. BOECK in Gæa Norveg. p. 140. n:o 9.

Loc. nat. In stratis regionis E?) *Norvegiæ.*

T. XXII. f. 15. *Acidaspis? armata* fragm. capitis magn. nat.

T. XXII. f. 16.

Trapelocera? breviloba. n. sp.

T. lobis frontalibus parvis, annulo occipitali spinis 2 divergentibus punctoque elevato intermedio.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ.*

T. XXII. f. 16. *Acidaspis breviloba*, magn. nat.

RHODOPE. n. g.

Fam. **Illænidæ.**

Corpus oblongato-ovale, trilobum, crusta lævissima, excavato-punctata.

Caput semilunare, convexum, immarginatum, apice subdeflexum; angulis abbreviatis, rotundatis. Frons sat lata, ovata, integerrima, obsolete terminata, ante marginem desinens. Oculi modici, depressi, semilunares, subapproximati, subbasales, lobo orbitali rotundato supratecti. Sutura facialis postice ab oculis oblique ad basim capitis, anticeque ad marginem apicalem continuata.

Thorax subæqualis, segmentis 8 angustis, sulco pleurico destitutis, apice obtusis; rachis distincta, convexa, pleuris medium versus deflexis latior.

Abdomen semicirculum parum egrediente, convexiusculum, immarginatum, integerrimum; rachis obconica, parum distincta, pleuris fere duplo angustior, medium scuti subegrediens.

T. XXII. f. 17.

Rhodope lineata. n. sp.

R. oblongula, fronte lineis transversis utrinque 3 infuscata.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ.*

T. XXII. f. 17. *Rhodope lineata,* magn. nat.

DYSPLANUS. Burm.

Fam. Illænidæ.

Corpus oblongum, trilobum, crusta lævi, impresso-punctato vel aciculata

Caput majusculum, semilunare, convexum, immarginatum, cornigerum apice subdeflexum. Oculi parvi, distantes, sublaterales, basi capitis approximati, loboque parvulo supratecti. Sutura facialis postice ab oculis ad basim capitis anticeque parum introrsum arcuata ad marginem apicalem tendens. Frons parum distincta, humilis, antice angustior.

Thorax segmentis 9 angustis, obtusiusculis, sulco pleurico distitutis, apice deflexis; rachis distincta, lata.

Abdomen subovale, convexum, immarginatum, rachi brevi, obconica, obsoleta.

T. XXIII. f. 1.

Dysplanus centaurus. DALM.

D. abdomine convexo, apice deflexo, rachi obconica.

Asaphus (Illænus?) centaurus. DALM. in Vet. Acad. Handl. 1826. p. 261. HIS. l. c. p. 16.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Œlandiæ* ex. gr. Aleböke.

T. XXIII. f. 1. *Illænus centaurus,* magn. nat. f. 1 a. id. a latere.

T. XXIII. f. 2.

Dysplanus centrotus. DALM.

D. abdomine explanato, planiusculo, rachi obsoleta.

Asaphus (Illænus) centrotus. DALM. l. c. p. 248. t. V. f. 1. HIS. l. c. p. 16. t. III. f. 4.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ex. gr. ad Husbyfjöl. In *Norvegia* circa Christianiam.

T. XXIII, f. 2. *Illænus centrotus,* magn. nat. f. 2 a. id. a latere.

BUMASTUS. MURCH.

Fam. **Illænidæ.**

Corpus **oblongum, convexum, æquabile, sulcis longitudinalibus ordinariis omnino destitutum; crusta lævissima, impresso-punctata.**

Caput **subovale, valde convexum, immarginatum, angulis abbreviatis. Oculi modici, semilunares, distantes, sublaterales, loboque parvo, rotundato supratecti. Sutura facialis postice ab oculis ad basim capitis, anticeque vix arcuata ad marginem apicalem decurrens. Frons obsoleta.**

Thorax **æquabilis, sulcis longitudinalibus nullis: segmenta 10 angusta, canaliculo pleurico destituta.**

Abdomen **capiti subæquale, convexum, æquabile, immarginatum, integerrimum.**

T. XXIV. f. 1.

Bumastus Lindströmi. n. sp.

B. fronte sulcis longitudinalibus ordinariis antrorsum evanescentibus.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ.*

T. XXIV. f. 1. *Bumastus Lindströmi,* magn. nat. f. 1 a. id. a latere.

ILLÆNUS. DALM.

Fam. Illænidæ.

Corpus subovale, convexum, subtrilobum, testa lævi, impresso-punctata vel aciculata præditum.

Caput breviusculum, subreniforme, convexum, immarginatum, antice involutum, angulis exterioribus abbreviatis, rotundatis. Frons obsoleta, antice angustior. Oculi parvi, semilunares, distantes, sublaterales, lobo minuto supratecti. Sutura facialis postice ab oculis ad marginem baseos, anticeque ad marginem oralem continuata.

Thorax segmentis 10 angustis, sulco pleurico destitutis, apice obtusis, deflexis; rachis distincta, lata.

Abdomen breviusculum, convexum, immarginatum, integerrimum; rachis obsoleta.

T. XXIV. f. 2.

Illænus crassicauda. WAHL.

Entomostracites crassicauda. WAHL. l. c. p. 27. t. II. f. 5, 6 et ibid. p. 294. t. VII, f. 5, 6.

Asaphus (Illænus) crassicauda. DALM. l. c. p. 250. t. 5. f. 2. HIS. l. c. p. 17. t. III. f. 5.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöl, Skarpåsen, Heda etc. *Vestrogothiæ* prope Medelplana; *Œlandiæ* ex. gr. ad Resmo; *Scaniæ* ad Fogelsång, Tosterup. In *Norvegia* ex. gr. ad Huk in Ladegaardsöen prope Christianiam.

T. XXIT. f. 2. *Illænus crassicauda,* magn. nat. f. 2 a. id. a latere.

T. XXIV. f. 3.

Rhodope? oblongata. n. sp.

R? oblongata, fronte rachique abdominis elliptici obsoletis.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Œlandiæ* ex. gr. ad Böda. In *Norvegia* circa Christianiam.

T. XXIV. f. 3. *Rhodope? oblongata,* magn. nat. f. 3 a. id. a latere.

T. XXIV. f. 4.

Rhodope? lata. n. sp.

R? lata, ovalis, fronte rachique abdominis obsoletis.

Luc. nat. In stratis regionis D) *Vestrogothiæ* in monte Mösseberg.

T. XXIV. f. 4. *Rhodope? lata,* magn. nat.

ÆGLINA. BARR.

Microparia & Cyclopyge. CORDA.

Fam. **Nileidæ?**

Corpus oblongulum, obsolete longitudinaliter trilobum; crusta lævis, impresso-punctata vel aciculata.

Caput subovale, convexum, immarginatum. Frons obsoleta. Oculi modici, semilunares, laterales: lobi orbitales nulli? Sutura postice ab oculis ad marginem capitis basalem decurrens anticeque . . . .

Thorax subtrilobus e segmentis 5—6 apice obtusis conficitur; rachis lata; pleuræ rachi quadruplo angustiores, sulcis latis, abbreviatis impressæ.

Abdomen breve, semicirculare, immarginatum, integerrimum, rachi obsoleta.

T. XXIV. f. 5.

Æglina? oblongula. n. sp.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Vestrogothiæ* ad **Bestorp** in monte Mösseberg.

T. XXIV. f. 5. *Æglina? oblongula,* magn. nat.

OLENUS. DALM. n. p.

Fam. **Leptoplastidæ.**

Corpus ovatum vel oblongo-ovatum, distincte longitudinaliter trilobum; crusta lævissima, aciculata vel alutacea.

Caput semilunare, undique anguste marginatum sulcoque intramarginali præditum; anguli exteriores in spinas aciculares producti. Oculi mediocres, semilunares, subapicales, modice distantes, lobo orbitali parvulo. Sutura facialis postice ab oculis marginem baseos prope angulum capitis exteriorem intus flexa attingens, antice ad marginem apicalem decurrens. Frons distincta, breviuscula, ovata, sulcum apicalem haud attingit. Costula facialis utrinque 1 breviuscula, recta, ab apice frontis ad lobum orbitalem ducta.

Thorax e segmentis 12—15 perangustis, sulco pleurico lato impressis, apice acuminatis, retroflexis; rachis distincta, sat lata, pleuris angustior.

Abdomen **parvum, triangulare vel subrotundatum, capite angustius, margine muticum vel armatum; rachis distincta, validiuscula, ante apicem scuti evanescens.**

T. XXV. f. 1.

Olenus truncatus. Brünn.

O. segmentis 13 lævibus, abdomine rotundato-triangulari, mutico, costis 3—4 dichotomis.

Insect. vagipenn. Brom. l. c. p. 494—497. cum figg.
Cassida? Moderr l. c. p. 250. t. 2. f. 35.
Entomolithus. Linn. Vet. Acad. Handl. 1754. p. 22. t. I. f. 4. — Entomolithus paradoxus B) cantharidum. Syst. Nat. ed. XII. p. 160.
Trilobus truncatus. Brünn. l. c. p. 391.
Loc. nat. In stratis regionis A) *Œlandiæ* ad Möckleby; *Scaniæ* ad Andrarum.
T. XXV. f. 1. *Olenus truncatus*, magn. nat.

T. XXV. f. 2.

Olenus attenuatus. Borck.

O. segmentis 15 lævibus; abdomine angusto, mutico, costis obsoletissimis.

Trilobites attenuatus. Borck l. c. p. 143.
Loc. nat. In stratis regionis A) *Scaniæ* ad Andrarum.
T. XXV. f. 2. *Olenus attenuatus*, magn. nat.

T. XXV. f. 3.

Olenus sphænopygus. n. sp.

O. abdomine perangusto, cuneato, mutico, rachi lata, pleuris vix distinguendis.

Loc. nat. In stratis regionis, ad Andrarum.
T. XXV. f. 3. *Olenus sphænopygus*, magn. auct.

T. XXV. f. 4.

Olenus aculeatus. n. sp.

O. thorace segmentis 15, rachi aculeato; abdomine utrinque spinula 1, costis lateralibus nullis.

Loc. nat. In stratis regionis A) ad Andrarum.
T. XXV. f. 4. *Olenus aculeatus*, magn. nat.

T. XXV. f. 5.

Olenus gibbosus. WAHL.

O. abdomine obtuso, utrinque spinula 1 costisque lateralibus 5 dichotomis.

Entomostracites gibbosus. WAHL. l. c. p. 39. t. I. f. 4.
Olenus gibbosus. DALM. l. c. p. 256. HIS. l. c. p. 19. t. IV. f. 3?
Loc. nat. In stratis regionis A) *Vestrogothiæ* ad Klefva etc. *Scaniæ* ad Fogelsång.
T. XXV. f. 5. *Olenus gibbosus,* magn. nat.

T. XXV. f. 6.

Olenus aciculatus. n. sp.

O. capite aciculato; thorace segmentis 13 lævibus; abdomine minuto, margine integerrimo.

Loc. nat. In stratis regionis A) ad Andrarum.
T. HXV. f. 6. *Olenus aciculatus,* magn. nat.

T. XXV. f. 7.

Olenus? acanthurus. n. sp.

O. . . . . abdomine transverso, rotundato, spinulis utrinque 3.

Loc. nat. In stratis regionis A) *Scaniæ* ad Sandby.
T. XXV. f. 7. *Olenus? acanthurus,* caput? cum abdomine magn. nat.

PELTURA. M. EDW.

Anthes. GOLDF.

Fam. **Leptoplastidæ.**

Corpus angustum, ovato-oblongum, distincte longitudinaliter trilobum; crusta lævis vel aciculata.

Caput breve, subreniforme, valde convexum, undique marginatum sulcoque intramarginali præditum; anguli exteriores rotundati, mutici. Oculi minuti, papillæformes, distincte reticulati loboque orbitali parvo instructi, valde approximati, apicales. Sutura facialis postice ab oculis ad marginem baseos anticeque ad marginem apicalem ducta. Frons distincta, lata, ovata, val-

de convexa, obsolete lobata, marginem apicalem subattingens. Costa facialis utrinque 1 obsoleta, brevissima, inter apicem frontis lobumque orbitalem ducta.

Thorax segmentis 12 longitudinaliter sulcatis, apice acutis; rachis distincta, convexa, pleuris latior.

Abdomen parvum, immarginatum, margine dentatum, costis lateralibus obsoletis; rachis brevis, crassa, conica, marginem haud attingens.

T. XXV. f. 8.

Peltura scarabæoides. WAHL.

Vermicul. vagipenn. BROMELL l. c. p. 525. cum icon. et ibid. pag. 528. cum icon.

Cassida? MODEER l. c. p. 252. t. 2. f. 7?

Entomostracites scarabœoides. WAHL. l. c. p. 41. t. I. f. 2.

Olenus scarabœoides. DALM. l. c. p. 257. HIS. l. c. p. 19. t. IV. f. 4.

Trilobites scarabœoides. BOECK l. c. p. 144.

Loc. nat. In stratis regionis A) *Vestrogothiœ* ex. gr. ad Kaflås, Klefva, Carlsfors; *Nericiœ* ad Latorp; *Œlandiœ* ad Algutsrum; *Scaniœ* ad Andrarum. In *Norvegia* ad Opslo.

T. XXV. f. 8. *Peltura scarabœoides,* magn, nat.

PARABOLINA. SALTER.

Fam. Leptoplastidæ.

Corpus subovale, trilobum, crusta lævissima tectum.

Caput semilunare, undique marginatum, sulcoque intramarginali; anguli exteriores in spinas aciculares producti. Oculi parvi, semilunares, distincte reticulati, lobo orbitali prædili, valde approximati, apicales. Sutura facialis postice ab oculis marginem baseos intus flexa attingit, antice ad marginem apicalem decurrens. Frons distincta, ovata, obsolete lobata, ante sulcum marginalem desinens. Costula facialis utrinque 1 brevissima.

Thorax segmentis 12 longitudinaliter sulcatis, apice elongatis, spiniformibus, retroflexis; rachis distincta, pleuris angustior.

Abdomen capite minus, immarginatum, margine spinosum; rachis distincta, marginem subattingens. Costæ laterales distinctæ, dichotomæ.

T. XXV. f. 9.

Parabolina spinulosa. WAHL.

Entomolithus. LINN. l. c. t. I. f. 1.

Entomostracites spinulosus. WAHL. l. c. p. 38. t. I. f. 3.

Olenus spinulosus. DALM. l. c. p. 256. HIS. l. c. p. 19. t. IV. f. 2.

Loc. nat. In stratis regionis A) *Vestrogothiæ* in monte Hunneberg, ad Gudhem etc. *Scaniæ* ad Andrarum.

T. XXV. f. 9. *Parabolina spinulosa,* magn. nat. (cfr T. XXVII. f. 3. ejusd. epistoma).

ACEROCARE. n. g.

Fam. **Leptoplastidæ.**

Corpus **ovato-oblongum, distincte longitudinaliter trilobum; crusta lævis vel aciculata.**

Caput **breve, subreniforme, undique marginatum sulcoque intramarginali; anguli exteriores rotundati, mutici. Oculi minuti, papilliformes, distincte reticulati loboque orbitali parvo prædití, valde approximati, subapicales. Sutura facialis postice ab oculis ad marginem baseos, antice ad marginem apicalem producta. Frons distincta, ovata, ante sulcum apicalem desinens. Costula facialis nulla.**

Thorax **segmentis 12 canaliculatis, apice obtusis; rachis distincta, pleuris angustior.**

Abdomen **semicirculum subegrediens, submarginatum, margine integerrimum; rachis elongatula, marginem scuti apicalem subattingens; costæ laterales distinctæ.**

T. XXV. f. 10.

Acerocare ecorne. n. sp.

Loc. nat. In stratis regionis A) *Scaniæ* ad Sandby.

T. XXV. f. 10 *Acerocare ecorne,* magn. nat.

LEPTOPLASTUS. n. g.

Fam. **Leptoplastidæ.**

Corpus **oblongum vel ovatum, distincte longitudinaliter trilobum, crusta lævissima præditum.**

Caput semilunare, undique anguste marginatum sulcoque intramarginali; anguli exteriores spinis brevibus armati. Oculi modici, semilunares, distantes, centrales, lobo orbitali præditi. Costæ faciales obliquæ. Frons breviuscula, ovata, sulcum marginalem haud attingens.

Thorax segmentis 11—12, longitudinaliter sulcatis, apice acuminatis.

Abdomeu parvum, margine armatum vel muticum; rachis distincta, marginem subattingens.

T. XXVI. f. 1.
Leptoplastus stenotus. n. sp.

L. thorace lævi, segmentis 11; abdomine semicirculari, margine integerrimo.

Loc. nat. In stratis regionis A) *Scaniæ* ad Andrarum.

T. XXVI. f. 1. *Leptoplastus stenotus,* magn. nat.

T. XXVI. f. 2.
Leptoplastus raphidophorus. n. sp.

L. thorace segmentis 12, rachi serie aculeorum, penultimo longissimo; abdomine utrinque 3-dentato.

Loc. nat. Cum præcedente.

T. XXVI. f. 2. *Leptoplastus raphidophorus*, magn. nat.

T. XXVI. f. 3.
Leptoplastus ovatus. n. sp.

L. thorace segmentis 12, rachi serie aculeorum, postice evanescentium; abdomine utrinque 3-dentato.

Loc. nat. Cum præcedentibus.

T. XXVI. f. 3. *Leptoplastus ovatus,* magn. nat.

EURYCARE. n. g.
Fam. **Leptoplastidæ.**

Corpus ovatum, trilobum, crusta lævissima.

Caput breve, transversum, undique marginatum sulcoque intramarginali; anguli exteriores in spinas longissimas, arcuatas, divaricatas elongati. Oculi modici, semilunares, remoti, laterales, lobo orbitali prædito. Frons breviuscula, angusta, subovata, utrinque biloba; costulæ faciales obliquæ.

Thorax segmentis 12—15 longitudinaliter sulcatis, apice acuminatis.

Abdomen minutum, margine dentatum; rachis crassiuscula, marginem subattingens.

T. XXVI. f. 4.

Eurycare brevicauda. n. sp.

E. thorace segmentis 15 lævibus, abdomine perbrevi, rotundato-triangulari, utrinque 3-dentato.

Loc. nat. Cum præcedentibus.

T. XXVI. f. 4. *Eurycare brevicauda,* magn. nat.

T. XXVI. f. 5.

Eurycare angustatum. n. sp.

E. thorace segmentis 12 lævibus, abdomine triangulari, utrinque 3-dentato.

Loc. nat. Cum præcedentibus.

T. XXVI. f. 5. *Eurycare angustatum,* magn. nat.

T. XXVI. f. 6.

Eurycare latum. Boeck.

E. thorace . . . . . abdomine triangulari, utrinque 4-dentato.

Trilobites latus. Boeck l. c. p. 143.

Loc. nat. In stratis regionis A) *Vestrogothiæ* ex. gr. ad Carlsfors, et in monte Hunneberg; in *Scania* ad Andrarum. In *Norvegia.*

T. XXVI. f. 6. *Eurycare latum,* magn. nat.

T. XXVI. f. 8.

Eurycare camuricorne. n. sp.

E. . . . . abdomine transverso, triangulari, utrinque 3-dentato.

Loc. nat. In stratis regionis A) *Scaniæ* ad Andrarum.

T. XXVI. f. 8. *Eurycare camuricorne,* magn. nat.

SPHÆROPHTHALMUS. n. g.

Fam. **Leptoplastidæ.**

Corpus latum, ovatum, trilobum, crusta lævi tectum.

Caput præbreve, transversum, undique marginatum sulcoque intramarmarginali; anguli exteriores in spinas longissimas, divaricatas producti. Oculi sphærici, distincte reticulati, remoti, sublaterales, lobo orbitali nullo. Frons angusta, elevata, fere cylindracea, utrinque lobata. Costulæ faciales obliquæ.

Thorax segmentis 7—9, longitudinaliter sulcatis, apice in spinas longissimas, retroflexas productis.

Abdomen parvum, triangulare; rachis distincta, marginem attingens.

T. XXVI. f. 7.

Sphærophthalmus flagellifer. n. sp.

S. fronte subovata; thorace lævi? segmentis 7; abdomine aculeo subapicali longissimo.

Loc. nat. Cum præcedente.

T. XXVI. f. 7. *Sphærophthalmus flagellifer,* magn. auct.

T. XXVI. f. 9.

Sphærophthalmus alatus. Boeck.

S. fronte subæquali, apice depressiuscula; thorace segmentis 9; rachi serie aculeorum longitudinali.

Linn. Iter Œlandicum.

Trilobites alatus. Boeck l. c. p. 143.

Loc. nat. In stratis regionis A) *Vestrogothiæ* ex. gr. ad Klefva, Hönsäter, in monte Halleberg, etc. *Œlandiæ* ad Algutsrum; *Scaniæ* ad Andrarum. In *Norvegia* ad Opslo.

T. XXVI. f. 9. *Sphærophthalmus alatus,* magn. nat.

T. XXVI. f. 10.

Sphærophthalmus teretifrons. n. sp.

S. . . . . . fronte cylindracea, apice tumida.

Loc. nat. In stratis regionis A) *Scaniæ* ad Andrarum.

T. XXVI. f. 10. *Sphærophthalmus teretifrons,* magn. nat.

ANOPOCARE. n. g.

Fam. Leptoplastidæ.

Corpus . . . . . longitudinaliter trilobum, crusta subtilissime alutacea.

Caput subovale, antice immarginatum, postice margine basali distincto, sulcoque intramarginali; anguli exteriores spinis subuliformibus armati. Oculi nulli. Sutura facialis nulla. Costæ faciales suboblique ad marginem lateralem decurrentes. Frons lata, fere cylindracea vel antice parum angustior, sulcis transversis impressa.

Thorax . . . . .

Abdomen subtriangulare, immarginatum, integerrimum, costis lateralibus obsoletis; rachis distincta, marginem attingens.

T. XXVII. f. 1 & 2.

Anopocare pusillum.

Loc. nat. In stratis regionis A) *Scaniæ* ad Andrarum.

T. XXVII. f. 1. *Anopocare pusillum*, spec. adult. caput, f. 1 a. ejusd. abdomen, f. 2. specim. juvenil. figg. omnes magn. auct.

T. XXVII. f. 3.

Parabolina spinulosa, epistoma magn. auct.

T. XXVII. f. 4.

Megalaspis acuticauda. n. sp.

M. abdomine hemi-elliptico, acuminato, costis obsoletissimis, dichotomis, ante marginem evanescentibus, utrinque circiter 9.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Œlandiæ.*

T. XXVII. f. 4. *Megalaspis acuticauda*, abdom. magn. nat.

T. XXVII. f. 5.

Megalaspis rudis. n. sp.

M. abdomine hemi-elliptico, rachi obsoletissima, costis lateralibus nullis.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöl, Heda etc.

T. XXVII. f. 5. *Megalaspis rudis*, abdom. magn. nat.

PTYCHOPYGE. n. g.

Asaphus. CORDA.

Fam. Isotelidæ.

Corpus latum, depressum, ovale, longitudinaliter trilobum, crusta lævi, impresso-punctata vel irregulariter striolata.

Caput subovale, explanatum, immarginatum; anguli exteriores producto-acuminati. Oculi elati, semilunares, distincte reticulati, approximati, versus medium frontis siti, supra lobo orbitali rotundato tecti. Frons obsoleta, parum elevata, oblongula, medio subangustata, apice ipso rotundata. Sutura facialis postice ab oculis marginem baseos intus flexa petit, antice acuminata, frontem late circumscribens.

Thorax segmentis 8 sulco pleurico obsoleto, extrorsum evanescente impressis, apice oblique truncatis; rachis distincta, angusta.

Abdomen capiti subæquale, explanatum, immarginatum, costis laterali-bus simplicibus, obsoletis, interstitiis latioribus; rachis angusta, elongata, marginem haud attingens. Limbus scuti inferior latissimus, densissime striolatus.

T. XXVII. f. 6.

Ptychopyge applanata.

Pt. abdomine transverso, rotundato, rachi acuminato-conica, costis laralibus utrinque 6 medium limbi subexcedentibus.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. XXVII. f. 6. *Ptychopye applanata,* abdom. magn. nat.

ASAPHUS. BROGN.

Hemicrypturus. CORDA.

Fam. Isotelidæ.

Corpus ovale, convexum, longitudinaliter trilobum; crusta lævis, impresso-punctata vel striolata.

Caput breve, subtriangulare, immarginatum, angulis haud elongatis, muticis. Frons obsoleta, antrorsum vix latior, basi utrinque obsolete 1-loba, apice rotundata. Oculi subconici, distincte reticulati, supra truncati loboque orbitali rotundato præditi, subdistantes, versus medium frontis siti. Sutura facialis postice ab oculis basim capitis intus flexa attingit, anticeque frontem anguste circumscribens, apice ipso rotundata cum acumine.

Thorax e segmentis 8 conficitur; rachis convexa, sat lata; pleurarum segmenta sulco longitudinali, lato, extrorsum evanescente canaliculata, apice rotundata, antrorsum imbricata.

Abdomen capiti respondens, parum convexum, immarginatum; rachis elongata, conica, ante apicem desinens; costæ laterales nullæ; exempla vero decorticata sæpe radiis obsoletissimis, duplicatis. Limbus scuti inferior latissimus, striis irregularibus, remotiusculis.

T. XXVII. f. 7.

Asaphus rimulosus. n. sp.

A. abdomine semicirculum subexcedente, irregulariter striolato, rachi lateribusque costis destitutis.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöl etc.

T. XXVII. f. 7. *Asaphus rimulosus,* fragm. thoracis cum abdomine magn. nat.

T. XXVIII. f. 1.

Asaphus expansus. Linn. ex. p.

A. capite abbreviato, angulis rotundatis; abdomine lineis lateralibus elevatis, rachi costis medio evanescentibus.

Roberg de Astaco p. 19, 20. f. H. F. T. E.

Entomolithus paradoxus. Linn. Syst. Nat. Ed. XII. t. III. p. 160.

Entomostracites expansus. Wahl. l. c. p. 26 (exclusis varietatibus).

Trilobites cornigerus. Schloth. in Miner. Taschenb. IV. 12. t. I. f. 1—3.

Asaphus expansus. Dalm. in Vet. Acad. Handl. 1826. p. 241. t. III. f. 3. His l. c. p. 14. t. II. f. 6.

Trilobites expansus. Boeck l. c. p. 141.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöl etc. In *Norvegia* circa Christianiam.

T. XXVIII. f. 1. *Asaphus expansus,* magn. nat. f. 1 a. ejusd. caput (exempl. decortic.) f. 1 b. caput a latere.

T. XXVIII. f. 2.

Asaphus raniceps. DALM. BOECK.

A. capite antice angulisque acutis, abdomine subtriangulari, lateribus lævissimis, rachi costis obsoletis.

Asaphus expansus β raniceps. DALM. l. c. p. 293. t. III. f. 4. HIS. l. c. p. 14.

Asaphus raniceps. BOECK l. c. p. 141.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöl, Heda, Ljung; *Dalecarliæ* ad Fjeckåqvarn, Alsarby etc.

T. XXIVII. f. 2. *Asaphus raniceps,* magn. nat., f. 2. ejusd. caput (exempl. decorticat), f. 3. id. a latere, f. 2 c. epistoma.

T. XXVIII. f. 3.

Asaphus fallax. DALM.

A. capite antice angulisque rotundatis, abdomine lateribus lævissimis, rachi costis medio evanescentibus.

Asaphus fallax. DALM. (Mus. Holmiense).

Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöl.

T. XXVIII. f. 3. *Asaphus fallax,* magn. nat., f. 3 a. ejusd. caput (specim. decortic.), f. 3 b. id. a latere f. 3 c epistoma, f. 3 e, abdomen (specim. decorticat).

T. XXIX. f. 1.

Asaphus lævigatus. n. sp.

A. capite apice angulisque rotundatis, abdomine brevi, rotundato, rachi pleurisque costis destitutis.

Loc. nat. In stratis regionis D) *Vestrogothiæ* ad Bestorp.

T. XXIX. f. 1. *Asaphus lævigatus,* magn. nat.

T. XXIX. f. 2.

Asaphus acuminatus. BOECK.

A. capite antice angulisque acutis; abdomine subtriangulari, rachi costis obsoletis.

Trilobites acuminatus. Boeck l. c. p. 142.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Scaniæ* ad Fogelsång. In *Norvegia* circa Christianiam.

T. XXIX. f. 2. *Asaphus acuminatus,* fragm. capitis f. 2 a. ejusd. abdomen decort. figg. magn. nat.

T. XXIX. f. 3.

Ptychopyge glabrata. n. sp.

P. abdomine semicirculum subegrediente, costis rachis 10, lateralibus utrinque 7 medium scuti subattingentibus.

Loc. nat. In stratis regionis D) *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. XXIX. f. 3. *Ptychopyge glabrata,* fragm. capitis, f. 4 ejusd. abdomen; figg. magn. nat.

T. XXIX. f. 4.

Megalaspis excavato-zonata. n. sp.

M. abdomine semicirculari, zona lata, intramarginali excavato, costis lateralibus abbreviatis, obsoletis, utrinque 4—5.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Œlandiæ.*

T. XXIX. f. 4. *Megalaspis excavato-zonata,* abdomen, magn. nat. f. 4 a. id. (spec. decorticat).

T. XXIX. f. 5.

Megalaspis zonata. n. sp.

M. abdomine semicirculum subexcedente, margine latiusculo, depresso, zona intramarginali convexiuscula, costis abbreviatis utrinque 5—6.

Loc. nat. Cum præcedente.

T. XXIX. f. 5. *Megalaspis zonata,* magn. nat.

T. XXX. f. 1.

Asaphus platyurus. n. sp.

A. abdomine transverso, costis rachis circiter 13, lateralibus omnino destituto.

Loc. nat. In stratis ejusdem regionis cum præcedentibus, ex. gr. *Œlandiæ* fere ubique *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. XXX. f. 1. *Asaphus platyurus,* abdomen, magn. nat.

T. XXX. f. 2.

Ptychopyge rimulosa. n. sp.

P. abdomine semicirculum subegrediente, costis 7, lateralibus latis, depressis, ante medium limbi subevanescentibus.

Loc. nat. In stratis ejusd. regionis cum præcedentibus in *Œlandia* et *Dalecarlia*.

T. XXX. f. 2. *Ptychopyge rimulosa*, magn. nat.

T. XXX. f. 3.

Ptychopyge elliptica. n. sp.

P. abdomine elliptico, costis utrinque 9 medium limbi subexcedentibus; rachi angusta, conico-cylindracea, 20-costata.

Loc. nat. In stratis regionis præcedentis ex. gr. in *Scania* ad Fogelsång.

T. XXX. f. 3. *Ptychopyge elliptica*, abdomen magn. nat.

T. XXX. f. 4.

Ptychopyge multicostata. n. sp.

P. abdomine subovali, costis rachis 15 limbique utrinque circiter 11 ante marginem evanescentibus.

Loc. nat. Cum præcedente.

T. XXX. f. 4. *Ptychopyge multicostata*, abdomen magn. nat.

T. XXXI. f. 1.

Ptychopyge lata. n. sp.

P. abdomine semicirculari, costis rachis circiter 7, totidemque lateralibus utrinque medium limbi attingentibus.

Loc. nat. Cum præcedentibus.

T. XXXI. f. 1. *Ptychopyge lata*, magn. nat.

T. XXXII. f. 1.

Ptychopyge angustifrons. DALM.

P. abdomine subovali, costis lateralibus obsoletis, ante medium limbi evanescentibus, utrinque 4—5.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ex. ad Husbyfjöl, Heda, etc.

T. XXXII. f. 1. *Ptychopyge angustifrons*, magn. nat. f. 1 a. ejusdem caput, f. 1 b. epistoma, f. 1 c. pars rachis abdom. (spec. decort.) magn. auct. f. 1 d. sculptura crustæ limbi inferior. abdom.

T. XXXII. f. 2.
Ptychopyge limbata. n. sp.

P. abdomine subovali, limbo depresso, costis rachis 8, lateralibus utrinque 6 latiusculis, abbreviatis.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Œlandiæ.*

T. XXXII. f. 2. *Ptychopyge limbata,* magn. nat. f. 2. sculptura crustæ limb. inferioris abdom.

T. XXXII. f. 3.
Ptychopyge media. n. sp.

P. abdomine subovali, costis rachis 11, lateralibus utrinque 9 angustis, ante marginem evanescentibus.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Scaniæ* ad Fågelsång.

T. XXXII. f. 3. *Ptychopyge media,* abdom. magn. nat.

T. XXXII. f. 4.
Ptychopyge aciculata. n. sp.

P. abdomine elliptico, costis rachis circiter 16, lateralibus utrinque 7, medium limbi attingentibus.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Œlandiæ.*

T. XXXII. f. 4. *Ptychopyge aciculata,* abdom. magn. nat., f. 4. sculptura crustæ limbi infer. abdom. magn. auct.

T. XXXIII. f. 1.

Sphærexochus scabridus, caput a latere, magn. nat.

BRONTEUS. Golds.

Goldius. Kon.

Fam. Bronteidæ.

Corpus latum, oblongum, longitudinaliter trilobum, crusta tectum lævi, irregulariter aciculata vel impresso-punctata.

Caput semilunare, marginatum sulcoque lato, intramarginali præditum. Anguli elongato-acuminati. Frons obsoleta, turbinata, antrorsum valde dila-

tata, intra marginem desinens, utrinque foveolis 2—3 abbreviatis impressa. Oculi modici, semilunares, subdistantes, subbasales, supra lobo orbitali rotundato tecti. Sutura facialis postice ab oculis basim capitis introrsum flexa attingit, antice ad marginem apicalem paullo extrorsum flexa decurrens.

Thorax segmentis 10 angustis, sulco pleurico destitutis, apice angustatis, obtusis; rachis pleuris angustior.

Abdomen magnum, semicirculum excedens, explanatum, immarginatum; costis radiantibus numerosis, extrorsum dilatatis; rachis obsoleta, brevissima, apice rotundata.

T. XXXIII. f. 1 a, f. 2.
Bronteus laticauda. WAHL.

B. abdomine lævi, aciculato, utrinque 6-radiato.

Entomostracites laticauda. WAHL. l. c. p. 28. t. II. f. 8. (excl. fig. 7 caput repræs.).
Asaphus (Illænus) laticauda. DALM. l. c. p. 251. HIS. l. c. p. 17. t. III. f. 6. (excl. fig. capitis).

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ.*
T. XXXIII. f. 2. *Bronteus laticauda,* magn. nat., f. 1 a. ejusd. epistoma.

T. XXXIII. f. 3.
Bronteus platyactin.

B. abdomine lævi, aciculato, utrinque 7-radiato.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ.*
T. XXXIII. f. 3. *Bronteus platyactin,* abdom. magn. nat.

T. XXXIII. f. 4.
Bronteus polyactin.

B. abdomine lævi, aciculato, utrinque 8-radiato.

Loc. nat. Cum antecedente.
T. XXXIII. f. 4. *Bronteus polyactin,* magn. nat.

HOLOMETOPUS. n. g.

Fam. Corynexochidæ?

Corpus . . . . crusta aciculata, lævi vel elevato-punctata tectum.

Caput semilunare, immarginatum, impressione lata, intramarginali prædi-tum. Frons distincta, integerrima, antrorsum dilatata, marginem haud attingens. Oculi modici, semilunares, distincte reticulati, subcentrales. Sutura postice ab oculis ad latera capitis, antice frontem circumscribens.

Thorax . . . . .

Abdomen latiusculum, semicirculare, immarginatum, integerrimum; rachis distincta, angusta, conica, apicem scuti haud attingens.

T. XXXIII. f. 5.

Holometopus aciculatus. n. sp.

C. abdomine lævissimo, costis lateralibus latis, planis, utrinque 5—6.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. XXXIII. f. 5. *Holometopus aciculatus,* fragm. abdom. magn. auct.

T. XXXIII. f. 6.

Holometopus ornatus. n. sp.

C. abdomine elevato-punctato, costis lateralibus angustis, utrinque 7.

Loc. nat. Cum præcedente.

T. XXXIII. f. 6. *Holometopus ornatus,* abdomen. magn. auct.

T. XXXIII. f. 7.

Holometopus limbatus. n. sp.

C. abdomine impressione lata, intramarginali; costis lateralibus nullis.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Scaniæ* ad Fågelsång.

T. XXXIII. f. 7. *Holometopus limbatus,* caput, f. 7 a. abdomen. Figg. magn. auct.

ISOCOLUS.

Fam. Isocolidæ.

Corpus sub-ovale, distincte longitudinaliter trilobum; crusta lævis.

Caput semilunare immarginatum, angulis exterioribus elongato-acuminatis. Oculi nulli. Sutura facialis nulla. Frons latiuscula, marginem apicalem attingens, postice vix angustior, utrinque biloba.

Thorax subæqualis, depressus, e segmentis 6 logitudinaliter sulcatis, apice truncatis constat; rachis distincta, convexa, pleuris latior.

Abdomen parvum, rotundatum, immarginatum; rachis distincta, marginem, apicalem haud attingens; latera scuti costis obsoletis.

T. XXXIII. f. 8.

Isocolus Sjögreni. n. sp.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ*, ubi speciem pulcherrimam primus indagavit cl. A. Sjögren.

T. XXXIII. f. 8. *Isocolus Sjögreni*, magn. auct.

CORYNEXOCHUS. n. g.

Fam. **Corynexochidæ.**

Corpus . . . longitudinaliter trilobum, crusta lævi vel impresso-punctata tectum.

Caput . . . . Frons distincta, subclavata, ante marginem apicalem desinens, utrinque integerrima vel sulcis obsoletis, abbreviatis impressa. Oculi parvi, semilunares, valde approximati subapicales, lobo orbitali exiguo præditi. Sutura facialis postice ab oculis ad latera capitis decurrens, antice ad marginem apicalem continuata.

Thorax . . . . .

Abdomen semicirculare, marginatum, margine modo muticum, modo armatum; rachis cylindracea, marginem haud attingens; latera scuti sub-costata.

T. XXXIII. f. 9 & 11?

Corynexochus spinulosus. n. sp.

C. abdomine utrinque spinulis 4.

Loc. nat. In stratis regionis B) *Scaniæ* ad Andrarum.

T. XXXIII. f. 9. *Corynexochus spinulosus*, caput, f. 11 ejusd. abdomen. Figg. magn. auct.

T. XXXIII. f. 10.

Corynexochus? umbonatus. n. sp.

C. abdomine margine mutico, rachi abbreviata, lateribus utrinque 6-lineatis.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Scaniæ* ad Fågelsång.

T. XXXIII. f. 10. *Corynexochus? umbonatus,* abdom. magn. auct.

T. XXXIII. f. 12.

Nileus? lineatus. n. sp.

N? fronte lineis utrinque 3 impressa.

Loc. nat. In stratis regionis C?) *Vestrogothiæ* ad Oltorp.

T. XXXIII. f. 12. *Nileus? lineatus,* fragm. capitis, f. 12 a. id. a latere, f. 12 b. ejusd. abdom. magn. nat.

A *Nileo,* cui generi est corpus subæquabile, thorax vel sulcis longitudinalibus ordinariis destitutus, vel rachi obsoleta, latissima præditus, frons depressa, apice ipso dilatata, cujus quoque typus *Nileus armadillo* Dalm. habendus, facile notis allatis distinguitur insequens genus:

SYMPHYSURUS. Burm. ex. part.

Fam. Nileidæ.

Corpus oblongo-ovale, distincte longitudinaliter trilobum, crusta aciculata præditum.

Caput subreniforme, immarginatum, angulis rotundatis. Sutura facialis oculique omnino ut in Nileo. Frons distincta, antrorsum sensim dilatata.

Thorax segmentis 8, breviter canaliculatis, apice rotundatis, antrorsum imbricatis; rachis distincta, angusta, convexa.

Abdomen breve, semicirculum haud attingens, immarginatum, integerrimum; rachis obsoleta.

Obs. Typum hujus generis Asaphum palpebrosum Dalm. habeo.

T. XXXIII. f. 13.

Symphysurus breviceps. n. sp.

S. fronte latiuscula, brevi, lævissima, puncto elevato medio, apice subinflata.

Loc. nat. In stratis regionis C?) *Vestrogothiæ* ad Oltorp.

T. XXXIII. f. 13. *Symphysurus breviceps,* frons magn. nat. f. 13 a. ead. a latere, f. 13 b. ejusd? abdomen.

Obs. *Symphysurus palpebrosus* DALM., distinguitur fronte lata, gibba, aciculata.

EULOMA. n. g.

Fam. **Aulacopleuridæ.**

Corpus . . . . distincte longitudinaliter trilobum, crusta lævi tectum.

Caput transversum, semilunare, convexum, margine undique incrassato, sulcoque lato intramarginali (apicali plerumque excavato-punctato) præditum; anguli exteriores elongati acuminati. Frons abbreviata, ovata, utrinque distincte biloba. Oculi modici, semilunares, subcentrales, lobo orbitali exiguo præditi. Sutura facialis postice ab oculis marginem baseos prope angulum exteriorem petit, anticeque parum introrsum flexa ad marginem apicalem continuata. Costula facialis utrinque 1 a fronte ad oculos oblique ducta.

Thorax . . . . . segmentis subangustis, sulco pleurico lato canaliculatis, apice acutis, retroflexis.

Abdomen breve, transversum, rotundatum, marginatum, utrinque costis 1—2 longitudinaliter sulcatis; rachis elevata, conica, intra marginem scuti desinens.

T. XXXIII. f. 14.

Euloma læve. n. sp.

E. capite canaliculo apicis intramarginali punctis excavatis destituto.

Loc. nat. In stratis regionis C?) *Ostrogothiæ* prope Berg.

T. XXXIII. f. 14. *Euloma læve,* fragment. capit magn. nat. f. 14 a. id. a latere.

PHAROSTOMA. CORDA.

Prionocheilus. ROUAULT.

Fam. Calymmenidæ.

Corpus ovatum vel oblongo-ovatum, distincte longitudinaliter trilobum; crusta lævis vel alutacea.

Caput semilunare, undique incrassato-marginatum sulcoque intramarginali: marginibus antico lateralibusque pectinatis; anguli exteriores cornigeri. Frons lata, brevis, ovata, utrinque profunde biloba. Oculi parvi, semilunares, lobo orbitali minuto præditi, subapicales, sublaterales. Sutura postice ab oculis angulum capitis exteriorem intus flexa attingit anticeque marginem apicalem. Costula facialis utrinque 1 brevissima, obsoleta vel omnino nulla.

Thorax constat e segmentis 13 sulco pleurico instructis, apice . . . . . . rachis distincta, apicem versus sensim angustior.

Abdomen capite minus, rotundatum, immarginatum, costis lateralibus circiter 5 longitudinaliter subsulcatis; rachis distincta, crassiuscula, ante apicem scuti desinens.

T. XXXIII. f. 15.

Pharostoma? Œlandicum. n. sp.

P. costis facialibus nullis.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Œlandiæ.*

T. XXXIII. f. 15. *Pharostoma? Œlandicum,* fragm. capit. magn. nat. f. 15 a id. a latere.

CONOCORYPHE. CORDA.

Conocephalus. ZENCK. ex. p. **Conocephalites.** BARR. ex. p.

Fam. Conocoryphidæ.

Corpus elongato-ovatum, distincte longitudinaliter trilobum; crusta lævis vel minute granulata.

Caput semilunare, margine incrassato sulcoque intramarginali; anguli exteriores elongati. Oculi nulli. Sutura facialis submarginalis, a basi capitis

prope angulum exteriorem incipiens marginem versus apicalem continuata. Frons distincta, convexa, conica, canaliculum apicalem haud attingens, utrinque sub-3-loba.

Thorax constat e segmentis circiter 14, sulco pleurico lato canaliculatis, apice oblique truncatis; rachis distincta, convexa, pleuris angustior.

Abdomen breve, rotundatum, marginatum, costis lateralibus latiusculis, simplicibus; rachis distincta, intra apicem scuti desinens.

T. XXXIII. f. 16.
Conocoryphe Dalmani. n. sp.

C. capite minute granulato, margine apicali introrsum angulato-dilatato.

Trilobites Sulzeri. Dalm. l. c. p. 75.
Asaphus? Sulzeri. His. l. c. p. 15.
Loc. nat. In stratis regionis B) *Scaniæ.*

T. XXXIII. f. 16. *Conocoryphe Dalmani,* caput magn. auct. f. 16 a. id. a latere.

T. XXXIII. f. 17.
Bumastus? glomerinus. Dalm.

B. capite æquabili sulcisque frontis longitudinalibus omnino destituto.

Asaphus (Nileus) glomerinus. Dalm. in Vet. Acad. Årsb. 1828. p. 136. His. l. c. p. 16.
Loc. nat. In stratis regionis C?) *Ostrogothiæ?* (Mus. Holm.).

T. XXXIII. f. 17. *Bumastus? glomerinus,* exempl. convol. magn. nat., f. 17 a. id. a latere.

T. XXXIII. f. 18.
Forbesia? brevifrons. n. sp.

F. lævissima, fronte breviter ovata, integerrima; abdomine costis utrinque. 2—3 dichotomis.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Vestrogothiæ* in Olleberg.

T. XXXIII. f. 18. *Forbesia? brevifrons,* caput f. 18 a. ejusd. abdomen, magn. nat.

T. XXXIII. f. 19.

Ampyx acutangulus, abdomen magn. nat.

Caput subtriangulare, convexum, margine postico subincrassato sulcoque intramarginali, laterali dentato; anguli in spinas subuliformes, retroflexas elongati. Frons subglobosa, tumida, ultra marginem oralem protuberante, basi constricta, utrinque lobo obsoleto prædita. Genæ perangusta. Oculi magni, globosi discum genarum fere totum occupantes. Sutura facialis non distinguenda.

Thorax e segmentis 8—9 constat; rachis pleuris angustior; segmenta lateralia basi sulco pleurico brevi impressa, apice elongata, retroflexa.

Abdomen parvum, plicis transversis 2—3 ultra marginem in spinas longissimas productis.

T. XXXIV. f. 6.

Sphærocoryphe dentata. n. sp.

S. lævis, fronte utrinque ad basim obsolete 1-loba.

Loc. nat. In stratis regionis D b) *Vestrogothiæ* in monte Mösseberg.

T. XXXIV. f. 6. *Sphærocoryphe dentata,* magn. nat., f. 6 a. ejusd. caput a latere.

DEIPHON. Barr.

Fam. Chiruridæ.

Corpus . . . . crusta minute granulata vel lævi tectum.

Caput subovale, margine occipitali distincto sulcoque intramarginali; latera capitis angustissima, vix distinguenda; anguli exteriores in cornua longissima, divaricata elongati. Oculi reniformes, distincte reticulati loboque orbitali parvo præditi, valde approximati, ad basim frontis siti. Sutura facialis postice ab oculis ad latera capitis decurrens. Frons distincta subglobosa.

Thorax . . . .

Abdomen parvum, immarginatum, plicis transversis paucis, utrinque in spinas longissimas, marginem superantes elongatis; rachis obsoleta.

T. XXXIV. f. 7.

Deiphon globifrons. n. sp.

D. fronte globosa, granulata.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ.*

T. XXXIV. f. 7. *Deiphon globifrons,* caput, magn. nat., f. 7 a. id. a latere.

STAUROCEPHALUS. BARR.

Trochurus. BEYR.

Fam. **Chiruridæ.**

Corpus breviusculum, ovatum, distincte longitudinater trilobum, crusta granulata tectum.

Caput subtriangulare basi lateribusque? marginatum sulcoque intramarginali: margininibus lateralibus denticulatis; anguli capitis exteriores elongati. Frons clavata, postice constricta, fere cylindracea, utrinqne subbiloba, antice globosa, ultra marginem prominens. Genæ breviusculæ, tumidæ, fronte latiores. Oculi parvi, ovati, distantes, versus medium genarum siti, introrsum lobo orbitali parvo instructi. Sutura facialis postice ab oculis ad latera capitis decurrens, antice frontem circumscribens.

Thorax brevis, segmentis 10 angustis, sulco pleurico distitutis, apice elongatis, acuminatis, retroflexis.

Abdomen parvum, immarginatum, costis lateralibus in spinas utrinque circiter 4 apicem versus sensim breviores, marginemque scuti superantes productis; rachis distincta, conica.

T. XXXIV. f. 8.

Staurocephalus clavifrons. n. sp.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Vestrogothiæ* in monte Olleberg.

T. XXXIV. f. 8. *Staurocephalus clavifrons,* fragment capitis f. 8 a. id. a latere.

Fam. LICHIDÆ.

Corpus oblongulum, longitudinaliter trilobum, crusta lævi vel granulata tectum.

Caput breviusculum, subtriangulare, marginatum sulcoque intramarginali; anguli exteriores cornibus subuliformibus præditi. Frons latissima, subovata vel subrotunda, antrorsum angustior, subintegerrima vel utrinque lobis 1—2 instructa, anterioribus sat magnis rachique parallelis. Oculi parvi, modice distantes, medium versus genarum siti, loboque orbitali angusto

præditi. Sutura facialis postice ab oculis ad angulum exteriorem anticeque intus flexa ad marginem oralem decurrens.

Thorax segmentis circiter 11 latis, sulco pleurico longitudinaliter impressis, apice acuminatis vel in spinas retrorsum spectantes elongatis.

Abdomen sat magnum, immarginatum; rachis abbreviata, crassa, conica; costis lateralibus paucis (2—3), latis, longitudinaliter sulcatis, in dentes vel spinas marginem superantes utrinque productis.

Obs. Quemadmodum species hujus familiæ non nisi mancæ et mutilatæ hucusque repertæ sunt, ita etiam insequens horum fragmentorum dispositio quam maxime manca et imperfecta necesse sit.

A). Fronte subintegerrima vel apice tantum linea utrinque 1 abbreviata impressa: *Platymetopus* n. g. Huc pertinent P. lineatus et P? planifrons.

B). Fronte utrinque distincte lobata: *Lichas* Dalm. (Metopias Eichw.).

I. Fronte utrinque 1-loba, pone basim tuberculis aucta.

a) lobis lateralibus postice indeterminatis.

1) lobo terminali postice sulco nullo circumscripto: L. celorrhin, pachyrrhinus, Norvegicus, convexus, affinis, cicatricosus et conformis.

2) — terminali undique circumscripto: L. laciniatus.

b) lobis lateralibus undique circumscriptis: L. depressus, 6-spinus, 4-spinus, Gothlandicus, aculeatus et deflexus.

II. Fronte utrinque 1-loba pone basim tuberculis nullis.

a) lobis lateralibus postice sulcum occipitalem attingentibus: L. ornatus, Dalecarlicus et rotundifrons.

b) lobis lateralibus abbreviatis, a sulco occipitali remotis: L. concinnus, laticeps, latifrons, Œlandicus, pusillus et gibbus.

III. Fronte utrinque distincte 2-loba: L. polytomus.

T. XXXV. f. 1.
Lichas celorrhin. n. sp.

L. granulosus, fronte apice prominente, subglobosa; abdomine utrinque obtuse 3-dentato, rachi 2-sulcata.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöl, Skarpåsen; *Smolandiæ* ad Humlenäs.

T. XXXV. f. 1. *Lichas celorrhin,* magn. nat., f. 1 a. ejusdem caput a latere, f. 1 b. epistoma, f. 1 c. caput antice visum.

T. XXXVI. f. 1.
Lichas laciniatus. WAHL. ex. p.

L. granulatus, lobo frontis terminali postice lateralibus vix latiore; abdomine subrotundato, utrinque 2-dentato.

Entomostracites laciniatus. WAHL. l. c. p. 34. II. t. f. 2. (excl. f. 2 caput. repræs.).

Paradoxides laciniatus. BRONGN. l. c. p. 35. t. III. f. 3.

Asaphus (Lichas) laciniatus. DALM. l. c. p. 251. t. VI. f. 1. HIS l. c. p. 17. t. III. f. 7 (excl. fig. capitis).

Lichas laciniatus. LOVÉN l. c. p. 55. t. I. f. 7 b.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Vestrogothiæ* in montibus Olleberg et Mösseberg.

T. XXXVI. f. 1. *Lichas laciniatus,* magn. nat., f. 1 a. ejusdem caput a latere.

T. XXXVI. f. 2. (Cfr. T. XXXVIII. f. 4).
Lichas affinis. n. sp.

L. granulatus, lobo frontis terminali postice lateralibus latiore; abdomine late triangulari, acuto, utrinque 2-dentato.

Lichas laciniatus. LOV. l. c. p. 55. t. I. f. 7.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Ostrogothiæ* ad Borenshult.

T. XXXVI. f. 2. *Lichas affinis,* fragm. capitis decort., f. 2 a. ejusd. abdom. Figg. magn. nat.

T. XXXVI. f. 3.
Lichas polytomus. n. sp.

L. minute granulatus, fronte lobis circumscriptis utrinque 2, tuberculisque pone basim aucta.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Vestrogothiæ* in monte Olleberg.

T. XXXVI. f. 3. *Lichas polytomus,* fragm. capit. magn. auct.

10

T. XXXVI. f. 4.
Lichas depressus. n. sp.

L. minute granulatus, lobo frontis terminali postice lateralibus fere duplo angustiore.

Loc. nat. In saxis dispersis regionis D a?) *Œlandiæ.*

T. XXXVI. f. 4. *Lichas depressus,* fragm. capit. decortic., f. 4 a. ejusd. abdom. figg. magn. nat.

T. XXXVI. f. 5.
Lichas convexus. n. sp.

L. granulatus, lobo frontis terminali tumido, postice lateralibus vix angustiore.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Ljung.

T. XXXVI. f. 5. *Lichas convexus,* fragm. capit. magn, nat., f. 5 a. id. a latere.

T. XXXVI. f. 6.
Lichas concinnus. n. sp.

L. elevato-punctatus, lobo frontis terminali postice lateralibus a sulco occipitali remotiusculis angustiore.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ.*

T. XXXVI. f. 6. *Lichas concinnus,* fragm. capit. magn. nat., f. 6 a. id. a latere.

T. XXXVI. f. 7. (Cfr. t. XXXVII. f. 4).
Lichas rotundifrons. n. sp.

L. granulosus, lobo frontis terminali postice lateralibus angustiore; abdomine utrinque 2-dentato, apice emarginato.

Loc. nat. Cum præcedente.

T. XXXVI. f. 7. *Lichas rotundifrons,* fragm. caput. magn. nat., f. 7 a. id. a latere.

T. XXXVI. f. 8. (Cfr. t. XXXVII. f. 5).
Lichas laticeps. n. sp.

L. minute granulatus, lobo frontis terminali postice lateralibus latiore.

Loc. nat. Cum præcedentibus.

T. XXXVI. f. 8. *Lichas laticeps,* fragm. capit. magn. nat., f. 8 a. id. a latere.

T. XXXVI. f. 9. (Cfr. t. XXXVII. f. 6).
Lichas latifrons. n. sp.

L. granulatus, lobo frontis terminali postice lateralibus angustiore.

Loc. nat. Cum præcedentibus.

T. XXXVI. f. 9. *Lichas latifrons*, fragm. capit. magn. nat.

T. XXXVI. f. 10.
Lichas Œlandicus. n. sp.

L. abdomine granulato, costis subangustatis, rachi sulcis transversis 2.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Œlandiæ*.

T. XXXVI. f. 10. *Lichas Œlandicus*, fragm. abdom. magn. nat.

T. XXXVII. f. 1.
Lichas gibbus. n. sp.

L. granulosus, lobo frontis terminali postice lateralibus vix angustiore, antice obliterato; abdomine margine integerrimo?

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ*.

T. XXXVII. f. 1. *Lichas gibbus*, magn. nat., f. 1 a. ejusd. caput a latere.

T. XXXVII. f. 2.
Lichas pusillus. n. sp.

L. minute granulatus, lobo frontis terminali circumscripto, postice lateralibus abbreviatis parum latiore.

Loc. nat. Cum præcedente.

T. XXXVII. f. 2. *Lichas pusillus*, caput. magn. nat., f. 2 a. id. a latere.

T. XXXVII. f. 3.
Lichas deflexus. Sjögr.

L. granulatus, fronte apice deflexa, lobo terminali medium versus lateralibus 4-duplo angustiore.

Loc. nat. In stratis regionis D a?) *Œlandiæ* in saxis dispersis.

T. XXXVII. f. 3. *Lichas deflexus*, fragm. capitis f. 3 c. id. a latere, f. 3 id. antice visum f. 3 b. ejusd. pars antica a latere. Figg. magn. nat.

T. XXXVII. f. 4. *Lichas rotundifrons?* abdomen magn. nat.

T. XXXVII. f. 5. *Lichas laticeps?* abdomen magn. nat.

T. XXXVII. f. 6. *Lichas latifrons*, abdomen magn. nat.

T. XXXVII. f. 7.

Lichas ornatus. n. sp.

L. verrucosus, lobo frontis terminali postice lateralibus 2-plo angustiore; abdomine utrinque 2—3 spinoso.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ.*

T. XXXVII. f. 7. *Lichas ornatus,* caput f. 7. ejusd. abdomen. Figg. magn. nat.

T. XXXVII. f. 8.

Conocoryphe? glabrata. n. sp.

C. lævissimus, fronte utrinque obsolete impressa.

Loc. nat. In stratis regionis B) *Scaniæ* ad Andrarum.

T. XXXVII. f. 8. *Conocoryphe? glabrata,* caput magn. nat.

DOLICHOMETOPUS. n. g.

Corpus **. . . . . longitudinaliter trilobum, crusta lævissima tectum.**

Caput **. . . . . undique marginatum sulcoque intramarginali; anguli exteriores . . . . . Oculi maximi, lobo orbitali semiorbiculari præditi. Sutura facialis postice ab oculis marginem basalem intus flexa attingens, antice brevissima, extrorsum flexa, ad marginem apicalem continuata. Frons distincta, subclavata, integerrima, apice parum dilatata.**

Thorax **. . . . .**

Abdomen **semicirculum subegrediens, convexum, marginatum, integerrimum; rachis distincta, fere cylindracea, marginem haud attingens; latera scuti costis obliteratis utrinque 2—3.**

T. XXXVII. f. 9.

Dolichometopus Svecicus. n. sp.

D. abdomine, costis obliteratis utrinque 2.

Loc. nat. In stratis regionis B) *Scaniæ* ad Andrarum.

T. XXXVII. f. 9. *Dolichometopus Svecicus,* caput f. 9 a. ejusd. abdomen, magn. nat.

T. XXXVIII. f. 1.

Lichas pachyrrhinus. Dalm.

L. minute granulatus, lobo frontis terminali apice prominente, conico.

Asaphus (Ampyx?) pochyrhinus. Dalm. in Vet. Acad. Årsber. 1828. p. 136. His. l. c. p. 18.

Metopias (Ampyx?) pachyrhinus. Lov. l. c. p. 53—54. t. 1. f. 6.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöl.

T. XXXVIII. f. 1. *Lichas pachyrrhinus,* fragm. capit. f. 1 a. id, a latere, f. 1 c. ejusd. epistoma. (Figg. omnes magn. nat. sec. Lovén).

T. XXXVIII. f. 2.

Lichas Norvegicus. n. sp.

L. . . . . abdomine granulato, utrinque obtuse 3-dentato: rachi sulcis transversis 2, apicali medio interrupto.

Trilob. scaber. Boeck (Mus. Christian.).

Loc. nat. In stratis regionis C?) in *Norvegia.*

T. XXXVIII. f. 2. *Lichas Norvegicus,* abdom. magn. nat.

T. XXXVIII. f. 3.

Platymetopus planifrons. n. sp.

P. fronte plana, integerrima, pone basim utrinque tuberculo aucta; rachi abdominis 3-costata.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ.*

T. XXXVIII. f. 3. *Platymetopus planifrons,* fragm. abdom. f. 3 a. ejusd.? epistoma, f. 3 b. idem.? figg. magn. nat.

T. XXXVIII. f. 4. *Lichas affinis,* fragm. capit. magn. nat. f. 4 a. id. a latere, f. 4 b. abdom. Figg. magn. nat.

T. XXXVIII. f. 5.

Lichas conformis. n. sp.

L. . . . . abdomine subangusto, triangulari, acuto, utrinque 2-dentato, rachi sulcis transversis 2 medio interruptis.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ.*

T. XXXVIII. f. 5. *Lichas conformis,* abdom. magn. nat.

T. XXXVIII. f. 6.

Lichas cicatricosus. Lov.

L. granulosus, lobo frontis terminali postice lateralibus latiore; abdo- utrinque sub-3-dentato.

Lichas cicatricosus. Lov. l. c. p. 56. t. I. f. 8. (abdom.).

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ.*

T. XXXVIII. f. 6. *Lichas circatricosus,* caput, f. 6 b. ejusd. abdom. magn. nat.

T. XXXVIII. f. 7 & 8.

Lichas 6-spinus. n. sp.

L. granulatus, lobo frontis terminali medium versus lateralibus abbreviatis subangustiore, abdomine utrinque 3-spinoso.

Loc. nat. In stratis regionis D?) *Norvegiæ.*

T. XXXVIII. f. 7. *Lichas 6-spinus,* fragm. capitis, f. 7 a. id. a latere, f. 8 ejusd. abdom. Figg. magn. nat.

T. XXXVIII. f. 9.

Lichas Dalecarlicus. n. sp.

L. verrucosus, lobo frontis terminali lateralibus angustiore.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ.*

T. XXXVIII. f. 9. *Lichas Dalecarlicus,* fragm. capit., f. 9 a. id. a latere, f. 9 b. fragm. abdom. Figg. magn. nat.

T. XXXVIII. f. 10.
Lichas Gothlandicus. n. sp.

L. granulatus, lobo frontis terminali pone medium lateralibus fere duplo angustiore.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Gothlandiæ.*

T. XXXVIII. f. 10. *Lichas Gothlandicus*, fragm. capit. magn. nat., f. 10 a. id. a latere.

T. XXXVIII. f. 11.
Lichas aculeatus. n. sp.

L. granulatus, lobo frontis terminali medium versus lateralibus duplo angustiore, margine occipitali aculeo armato.

Loc. nat. In stratis regionis D b) *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. XXXVIII. f. 11. *Lichas aculeatus*, fragm. capit. magn. nat. f. 11 a. id. a latere.

T. XXXVIII. f. 12 & 13?
Platymetopus lineatus. n. sp.

P. fronte apicem versus linea 1 utrinque impressa, pone basim tuberculis nullis.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ.*

T. XXXVIII. f. 12. *Platymetopus lineatus*, fragm. capit., f. 12 a. id. a latere, f. 13 ejusdem? abdomen. Figg. magn. nat.

T. XXXVIII. f. 14. *Sphærexochus scabridus*, fragm. capit., f. 14 a. ejusd. abdom. figg. magn. nat.

T. XXXVIII. f. 15. *Sphærexochus latifrons*, abdomen magn. nat.

T. XXXVIII. f. 16. *Sphærexochus angustifrons*, caput a latere, f. 16 a. ejusd. abdomen, f. 17. idem.? var. figg. magn. nat.

T. XXXVIII. f. 18.
Sphærexochus? clavifrons. Sars. (nec Dalm. nec His.).

S. minute granulatus, fronte obovata, apice tumida, utrinque 3-loba: lobis basalibus subrotundis, circumscriptis.

Loc. nat. In stratis regionis D?) *Norvegiæ.*

T. XXXVIII. f. 18. *Sphærexochus clavifrons*, fragm. capit. magn. nat., f. 18 a. id. a latere.

T. XXXVIII. f. 19.

Sparexochus? deflexus. n. sp.

S. granulatus, fronte apice deflexa, lobis basalibus subrotundis, circumscriptis.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ*.

T. XXXVIII. f. 19. *Sphærexochus deflexus,* fragm. capit. magn. nat., f. 19 a. id. a latere (spec. decortic.) magn. auct.

T. XXXIX. f. 1.

Sphærexochus Wegelini. n. sp.

S. lævissimus, fronte lobis basalibus, introrsum indeterminatis.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ*. Cl. Wegelin.

T. XXXIX. f. 1. *Sphærexochus Wegelini,* fragm. capit. f. 1 a. a latere, magn. nat.

T. XXXIX. f. 2.

Sphærexochus conformis. n. sp.

S. minute granulatus, fronte lobis basalibus introrsum indeterminatis, terminali exiguo, reliquis angustiore.

Loc. nat. Cum præcedente.

T. XXXIX. f. 2. *Sphærexochus conformis,* caput f. 2 a id. a latere.

T. XXXIX. f. 3.

Sphærexochus granulatus. n. sp.

S. granulatus, fronte lobis basalibus introrsum indeterminatis, terminali reliquis latiore.

Loc. nat. Cum præcedentibus. Cl. Wegelin (Mus. Holm.).

T. XXXIX. f. 3. *Sphærexochus granulatus,* fragm. magn. nat., f. 3 a. id. a latere.

T. XXXIX. f. 4.

Sphærocoryphe granulata. n. sp.

S. granulata, fronte, apice subglobosa foveolisque 2 abbreviatis utrinque impressa.

Loc. nat. Cum præcedentibus.

T. XXXIX. f. 4. *Sphærocoryphe granulata,* fragm. capitis, f. 4 a. id. a latere.

T. XXXIX. f. 5.
Deiphon lævis. n. sp.

D. lævissimus, fronte brevi, subglobosa.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ.*
T. XXXIX. f. 5. *Deiphon lævis,* fragm. capit. magn. nat.

T. XXXIX. f. 6.
Deiphon punctatus. n. sp.

D. minute granulatus, fronte subovali.

Loc. nat. Cum præcedente.
T. XXXIX. f. 6. *Deiphon punctatus,* fragm. capit. magn. nat.

T. XXXIX. f. 7.
Cyrtometopus speciosus. DALM. (non STERNB. SARS, HIS.).

C fronte sparsim granulata, lobis frontis lateralibus subæqualibus, genis scrobiculatis.

Calymene? speciosa. DALM. l. c. p. 259.
Loc. nat. In stratis regionis C?) "*Ølandiæ*". (Mus. Holm.).
T. XXXIX. f. 7. *Cyrtometopus speciosus,* fragm. capit. magn. nat., f. 7 a. id. a latere.

T. XXXIX. f. 8.
Cyrtometopus foveolatus. n. sp.

C. fronte granulata, lobis lateralibus distantibus, subæqualibus, genis conferte scrobiculatis.

Loc. nat. In stratis regionis D) *Vestrogothiæ* in monte Hunneberg prope Munkesten.
T. XXXIX. f. 8. *Cyrtometopus foveolatus,* caput, f. 8 a. id. a latere.

T. XXXIX. f. 9. *Cyrtometopus clavifrons,* caput magn. nat., f. 9. id. a latere.

T. XXXIX. f. 10.
Cyrtometopus affinis. n. sp.

C. fronte tumidiuscula, lævi, antrorsum vix angustiore, genis granulatis.

Calymene clavifrons. DALM. in Vet. Acad. Handl. 1826. p. 75. LOVÉN l. c. p. 63.
Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Ljung.
T. XXXIX. f. 10. *Cyrtometopus affinis,* caput a latere.

Obs. Sub nomine Calym. clavifrontis formas 2 distinctas in Mus. Holm. deposuit DALMAN, quarum exemplis in calce cinerea ad Husbyfjöl lectis nomen hocce primum ab auct. laudato inditum est. (Cfr. DALM. l. c. p. 75).

T. XXXIX. f. 11.
Cyrtometopus Sarsi. *n.*

C. fronte lævi? antrorsum angustata, lobis lateralibus sensim decrescentibus, genis impresso-punctatis.

Calymene speciosa. SARS. Isis. 1835. p. 1339.
Calymene clavifrons. S. & B. in Gæa Norvegic. p. 140.
Loc. nat. In stratis regionis D a?) *Norvegiæ.* (Mus. Christian.).
T. XXXIX. f. 11. *Cyrtometopus Sarsi,* fragm. capit. magn. nat., f. 11 a. id. a latere.

T. XXXIX. f. 12.
Cyrtometopus tumidus. n. sp.

C. fronte tumida, sparsim elevato-punctata, lobis lateralibus subæqualibus, posticis introrsum indeterminatis.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöl.
T. XXXIX. f. 12. *Cyrtometopus tumidus,* fragm. capit., magn. nat., f. 12 a. id. a latere.

T. XXXIX. f. 13.
Cyrtometopus gibbus. n. sp.

C. fronte lævi, postice gibba, lobis basalibus circumscriptis.
Loc. nat. Cum præcedente.
T. XXXIX. f. 13. *Cyrtometopus gibbus,* fragm. capit. a latere, magn. nat., f. 13 a. id. a latere.

T. XXXIX. f. 14.
Chirurus speciosus. HIS. (non DALM. SARS, STERNB.).

C. fronte lævi, antrorsum dilatata, lobis basalibus transversis, interstitio latioribus, genis scrobiculatis.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ*. (Mus. Holm.).

T. XXXIX. f. 14. *Chirurus speciosus*, fragm. caput magn. nat., f. 14 a. id. a latere.

T. XXXIX. f. 15. *Chirurus conformis*, fragm. capit. a latere, magn. nat.

T. XXXIX. f. 16.
Chirurus glaber. n. sp.

C. fronte subæquali, lævi, lobis basalibus introrsum indeterminatis, genis obsolete impresso-punctatis.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ*.

T. XXXIX. f. 16. *Chirurus glaber*, caput magn. nat., f. 16 a. id. a latere.

T. XXXIX. f. 17.
Chirurus punctatus. n. sp.

C. confertim elevato-punctatus, fronte lobis lateralibus subæqualibus, posticis introrsum indeterminatis.

Loc. nat. Cum præcedente.

T. XXXIX. f. 17. *Chirurus punctatus*, fragm. capit. magn. nat., f. 17 a. id. a latere.

T. XXXIX. f. 18. *Chirurus exsul*, fragm. capit. a latere, magn. nat.

RAPHIOPHORIDÆ.

Corpus latiusculum, breviter ovale, distincte longitudinaliter trilobum; crusta lævis vel impresso-punctata.

Caput subtriangulare, marginatum sulcoque intramarginali; anguli exteriores in spinas divergentes utrinque elongati. Frons distincta, subintegerrima, medium versus dilatata, apice in rostrum longissimum producta. Sutura facialis ab angulis exterioribus ad marginem apicalem continuata.

Thorax subæqualis, depressus, constat e segmentis 5—7 angustis, sulco pleurico canaliculatis, apice oblique truncatis; rachis distincta, sat lata, pleuris angustior.

Abdomen capite minus, depressum, triangulare, margine verticaliter deflexo, integerrimo; rachis crassa, conica, marginem scuti apicalem attingens.

Familia hæcce genera 3 continet sequentibus notis distinguenda:

***Lonchodomas* n. cui frons lanceolata, sensim in rostrum longissimum, prismaticum attenuata, segmenta thoracis 5.**

***Ampyx* Dalm. cui frons ovalis, rostro tereti armata, segmenta thoracis 6.**

***Raphiophorus* n. cui frons obovata, apice abrupte rostrata, segmenta thoracis 5.**

T. XL. f. 1.
Ampyx costatus. Boeck.

A. fronte lateribus depressis, foveolisque utrinque 4, posticis semicircularibus.

Ampyx mammillatus. Sars. Isis. 1835. p. 335. t. VIII. f. 4 a, b et d. (exclus. f. 4 c).

T. costatus. Boeck (Mus. Christin.) (cfr. S. & B. in Gæa Norveg. p. 144).

Loc. nat. In stratis regionis D a) *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle. In *Norvegia* prope Christianiam.

T. XL. f. 1. *Ampyx costatus,* capit magn. nat. f. 1 a. id. a latere, f. 1 b. abdomen magn. nat., f. 1 c. sculptura rostri magn. auct., f. 1 e. marg. capit. lateral. magn. nat., f. 1 d. sculpt. ejusd. magn. auct.

T. XL. f. 2.
Ampyx foveolatus. n. sp.

A. fronte lateribus depressis, utrinque foveolis 2 subconfluentibus impressa.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ* in monte Osmundsberg.

T. XL. f. 2. *Ampyx foveolatus,* caput magn. nat. f. 2 a. id. a latere.

T. XL. f. 3.
Ampyx mammillatus. Sars.

A. fronte breviuscula, utrinque subdepressa foveolisque 2 semicircularibus, confluentibus impressa.

Ampyx mammillatus. Sars. Isis. 1835. t. VIII. f. 4 c. (exclus. figg. a, b et d ad Amp. costat. spectant.) cfr. S. & B. l. c. p. 144.

Loc. nat. In stratis regionis D a?) *Norvegiæ* prope Christianiam.

T. XL. f. 3. *Ampyx mammillatus,* fragm. capit. magn. nat. f. 3 a id. a latere, f. 3 b. abdomen? f. 1 c. margo capit. lateral.

T. XL. f. 4.

Ampyx nasutus. Dalm.

A. fronte convexa, utrinque foveolis 4 impressa; abdomine costis lateralibus nullis.

Loc. nat. In stratis regionis C). Cfr. p. 19. Occurrit etiam in *Norvegia* ex. gr. in Ladegaardsöen prope Christianiam.

T. XL. f. 4. *Ampyx nasutus,* caput magn. auct. f. 4 a. id. a latere.

T. XL. f. 5.

Ampyx? aculeatus. n. sp.

A. fronte subovata, tumida, supra longitudinaliter costata, utrinque impressa, margine occipitali aculeo medio.

Loc. nat. In stratis regionis D a) ex. gr. in insula Gåsö *Norvegiæ.*

T. XL. f. 5. *Ampyx? aculeatus,* caput magn. auct. f. 5 a. id. a latere, f. 6 b. ejusd. abdom, f. 5 c. ejusd. rostr. a latere, magn. auct., f. 5 d. sect. vert. front. magn. nat.

T. XL. f. 6.

Raphiophorus setirostris. n. sp.

R. fronte subovali, convexa, basi utrinque impressa, rostro aciculari, longissimo.

Loc. nat. In stratis regionis D a?) *Dalecarliæ* ad Draggå-bro.

T. XL. f. 6. *Raphiophorus setirostris,* magn. nat., f. 6 a. abdomen magn. nat.

T. XL. f. 7.

Raphiophorus tumidus. n. sp.

R. fronte oblongo-obovata, integerrima, tumida.

Loc. nat. In stratis regionis D a.) *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. XL. f. 7. *Raphiophorus tumidus,* fragm. capit. magn. nat. f. 7 a. id. a latere, f. 7 b. sectio frontis vertical.

T. XL. f. 8.
Raphiophorus culminatus. n. sp.

R. fronte oblonga, elevata, compressa, utrinque foveola basali.

Loc. nat. In stratis regionis D a) *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. XL. f. 8. *Raphiophorus culminatus,* caput magn nat., f. 8 a. id. a latere, f. 8 b. sect. front. vertical.

T. XL. f. 9.
Raphiophorus depressus. n. sp.

R. excavato-punctatus, fronte lata, obovata, depressa, integerrima (in specim. decort. basi utrinque impressa).

Loc. nat. In stratis regionis D a) *Dalecarliæ* ad Draggå-bro.

T. XL. f. 9. *Raphiophorus depressus,* caput f. 9 a. id. decorticatum, f. 9 b. ejusd. rostr. magn. auct., f. 1 c. abdomen.

T. XL. f. 10.
Raphiophorus Scanicus. n. sp.

R. fronte utrinque basi foveolis 2 impressa; abdomine striis lateralibus numerosis.

Loc. nat. In stratis regionis D). *Scaniæ* prope Krapperup. Specimen descriptum nobis donavit perillustris Liber Baro Gyllenstjerna.

T. XL. f. 10. *Raphiophorus Scanicus,* magn. nat.

T. XL. f. 11.
Lonchodomas rostratus. Sars.

L. fronte integerrima, rostro supra longitudinaliter canaliculato.

Ampyx rostratus. Sars. in Isis. 1833. p. 334. t. VIII. f. 3 a—c. S. et B. in Gæa Norveg. I. p. 141.

Loc. nat. In stratis regionis D a) *Norvegiæ* prope Christianiam et in monte Kinnekulle *Vestrogothiæ.*

T. XL. f. 11. *Lonchodomas rostratus,* magn. nat., f. 11 a. ejusd. frons a latere, f. 11 b ejusd. abdomen, f. 11 c. id. var. f. 11 d. sect. frontis vertical.

T. XL. f. 12. *Lonchodomas carinatus,* abdom. magn. nat.

T. XL. f. 13.

Lonchodomas crassirostris. n. sp.

L. capite lateribus deflexis, fronte utrinque impressa rostroque aciculatis, carinatisque.

Loc. nat. In stratis regionis D a) *Norvegiæ.*

T. XL. f. 13. *Lonchodomas crassirostris,* fragment. capit magn. nat. f. 13 a. id. vertical. sect.

T. XL. f. 14.

Lonchodomas affinis. n. sp.

L. fronte lævi, longitudinaliter subcarinata, utrinque foveola impressa.

Loc. nat. In stratis regionis D a?) *Norvegiæ.*

T. XL. f. 14. *Lonchodomas affinis,* fragm. capitis, f. 14 a. id. a latere, magn. nat.

T. XL. f. 15.

Lonchodomas jugatus. n. sp.

L. fronte basi utrinque sublobata, apicem versus rostroque longitudinaliter carinatis; abdomine costato.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Œlandiæ* ad Böda.

T. XL. f. 15. *Lonchodomas jugatus,* caput f. 15 a ejusdem? abdomen f. 15 b. caput. a latere, (figg. magn. nat.).

T. XL. f. 16 et 17.

Lonchodomas domatus. n. sp.

L. fronte convexa, integerrima; abdomine striis lateralibus obsoletis.

Loc. nat. In stratis regionis B—C) *Norvegiæ* ad Opslo; et in monte Hunneberg *Sueciæ.*

T. XL. f. 16 et 17. *Lonchodomas domatus,* fragm. capit. f. 17 ejusd. abdom. figg. magn. nat.

T. XL. f. 18.

Trinucleus discors. n. sp.

T. fronte obovata, utrinque foveolis 2 impressa, lateribus lævissimis medio genisque subtiliter favosis.

Loc. nat. In stratis regionis D a) *Norvegiæ.*

T. XL. f. 18. *Trinucleus discors*, fragm. capit. magn. auct., f. 18 a. id. a latere.

T. XL. f. 19.

Trinucleus seticornis. His.

T. lævissimus, fronte apice rotundata, basi utrinque foveolis 3 impressa, punctis ordinariis majusculis.

Asaphus seticornis. His. l. c. Supl. II. p. 3. t. XXXVII. f. 2 et *Asaphus cyllarus* ibid. f. 3.

Trinucleus seticornis. Lovén l. c. p. 107. t. II. f. 1.

Loc. nat. In stratis regionis D b?) *Dalecarliæ* ad Draggå-bro et "Furudal".

T. XL. f. 19. *Trinucleus seticornis*, magn. nat., f. 19 a. ejusd. caput a latere, f. 19 b. ejusd. frons, specim. decort. f. 19 c. margo capit. lateral., magn. auct.

T. XL. f. 20.

Lichas 4-spinus.

L. scaber, abdomine utrinque 2-spinoso.

Loc. nat. In stratis regionis D?) *Norvegiæ.*

T. XL. f. 20. *Lichas 4-spinus*, abdom. magn. auct.

T. XL. f. 20 et 21.

Trinucleus affinis. (cfr. t. XXXIX. f. 5).

T. fronte ovata genisque favosis, punctis ordinariis majusculis.

Loc. nat. In stratis regionis D b?) *Dalecarliæ.*

T. XL. f. 24. *Trinucleus affinis*, caput f. 21 id. var. Figg. magn. auct. An potius status juvenil. Trinuclei seticornis?

T. XLI. f. 1.

Trinucleus bucculentus. n. sp.

T. capite reticulato-rugoso, fronte prominente globosa, genisque tumidis, punctis ordinariis majusculis.

Loc. nat. In stratis regionis B a) *Norvegiæ.*

T. XLI. f. 1. *Trinucleus bucculentus*, caput exempl. decort. f. 1 a. id. a latere, f. 1 b. id. crusta prædit. figg. omnes magn. nat., f. 1 c. sculptura crustæ, magn. auct.

T. XLI. f. 2.

Trinucleus foveolatus. n. sp.

T. capite subtiliter favoso, limbo radiato, fronte utrinque foveolis 2, apice subglobosa, punctis ordinariis majusculis.

Loc. nat. In stratis regionis D a) *Norvegiæ.*

T. XLI. f. 2. *Trinucleus foveolatus,* caput f. 2 a. id. a latere, f. 2 b. ejusd.? abdomen, figg. omnes magn. auct.

HARPES. GOLDS.

Fam. **Arraphidæ.**

Corpus ovato-oblongum, distincte longitudinaliter trilobum, crusta lævi vel elevato-punctata instructum.

Caput maximum, semicirculum egrediens, margine linea elevata limboque lato præditum; anguli exteriores sensim in cornua valida, acuminata, longitudinem corporis subexcedentia elongati. Frons distincta, abbreviata, antrorsum angustata, basi utrinque 1-lobata. Sutura facialis nulla. Tuberculum utrinque juxta apicem frontis (ocelliferum?).

Thorax constat e segmentis numerosis (25—26), perangustis, sulco pleurico obsolete canaliculatis, apice obtusiusculis; rachis distincta, perangusta.

Abdomen minutum, rotundatum, costis lateralibus obsoletis; rachis distincta, marginem scuti subattingens.

T. XLI. f. 3.

Harpes Wegelini. n. sp.

H. capite limbo plano, costis facialibus nullis.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ* ubi primus invenit. cl. WEGELIN.

T. XLI. f. 3. *Harpes Wegelini,* caput magn. nat., f. 3 a. id. a latere.

T. XLI. f. 4.

Harpes costatus. n. sp.

H. capite limbo convexo, costis facialibus distinctis.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ* in monte Omundsberg.

T. XLI. f. 4. *Harpes costatus*, caput magn. nat., f. 4 id. a latere.

T. XLI. f. 5.

Harpes Scanicus. n. sp.

H. capite limbo lato, plano, costis facialibus nullis.

Loc. nat. In stratis regionis C) *Scaniæ* ad Fågelsång.

T. XLI. f. 5. *Harpes Scanicus,* caput magn. nat., f. 5 a. id. a latere.

ARRAPHUS. n. g.

Fam. **Arraphidæ.**

Corpus . . . . . crusta elevato-punctata præditum.

Caput subsagittatum, applanatum, immarginatum, limboque intramarginali destitutum; anguli exteriores producti, acuminati. Frons distincta, oblonga, antrorsum parum angustior, marginem apicalem haud attingens, basi utrinque 1-loba, juxta apicem frontis tuberculo instructa. Genæ planæ, fronte vix latiores.

Thorax . . . . .

Abdomen . . . . .

T. XLI. f. 6.

Arraphus corniculatus. n. sp.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Vestrogothiæ* in monte Olleberg.

T. XLI. f. 6. *Arraphus corniculatus*, caput magn. nat.

HARPIDES. Beyr.

Fam. **Arraphidæ.**

Corpus . . . . crusta rugosa, elevato-punctata granulataque præditum.

Caput semicirculum egrediens, explanatum, ecorne, undique anguste marginatum, limbo intramarginali destitutum. Frons distincta, angusta, abbreviata, basi utrinque 1-loba. Genæ fronte duplo latiores, subplanæ.

Thorax e segmetis numerosis, angustis constat; rachis distincta, perangusta.

Abdomen . . . . .

T. XLI. f. 7.

Harpides rugosus. S. et B.

H. capite semicirculari, limbo applanato.

Trilobit. rugosus. S. et B. l. c. p. 143.

Loc. nat. In stratis regionis B—C) *Norvegiæ* ad Opslo et *Sueciæ* in monte Hunneberg.

T. XLI. f. 7. *Harpides rugosus,* caput magn. nat., f. 7 a. id. a latere.

T. XLI. f. 8.

Harpides breviceps. n. sp.

H. capite brevi, canaliculo lato, intramarginali.

Loc. nat. In stratis regionis B) *Scania* ad Andrarum.

T. XLI. f. 8. *Harpides breviceps,* caput magn. nat.

CENTROPLEURA. n. g.

Fam. **Centropleuridæ.**

Corpus elongatum, depressum, distincte longitudinaliter trilobum, crusta irregulariter striata, lævi vel granulata præditum.

Caput semilunare, cornigerum, margine undique incrassato sulcoque intramarginali. Frons elevata, antrorsum dilatata, sulcum apicalem attingens, utrinque 4-loba. Oculi depressi, semicirculares, a sulco capitis verticali ad lobum frontis anticum continuati loboque orbitali angustissimo, lineari præditi. Sutura postice ab oculis ad marginem baseos, antice ad marginem apicalem decurrens.

Thorax e segmentis 16, anticis apice obtusis, reliquis elongatis spiniformibus, retroflexis.

Abdomen immarginatum, margine spinosum vel dentatum; rachis distincta, ante apicem scuti desinens.

Obs. Typus generis *Centropleura* (Paradoxid.) *Loveni.* Genus *Paradoxus* (Paradoxides) præsertim differt lobis orbitalibus minoribus abdomineque margine integerrimo.

T. XLI. f. 9.

Centropleura? dicræura. n. sp.

C. abdomine apice bispinoso.

Loc. nat. In stratis regionis B—C) *Norvegiæ* ad Opslo.

T. XLI. f. 9. *Centropleura? dicræura,* magn. nat.

T. XLI. f. 10.

Centropleura serrata. S. et B.

C. abdomine transverso, margine 10—12 dentato.

Loc. nat. In stratis regionis B—C) *Norvegiæ* ad Opslo.

T. XLI. f. 10. *Centropleura serrata,* abdom. magn. nat.

T. XLI. f. 10.*

Centropleura angusticauda. n. sp.

C. abdomine subquadrato, margine 8-dentato.

Loc. nat. In stratis regionis B—C) *Vestrogothiæ* in monte Hunneberg.

T. XLI. f. 10. *Centropleura angusticauda,* abdom. magn. nat.

T. XLI. f. 11.

Cryptonymus caudatus. n. sp.

C. abdomine triangulari, lævi, acuminato, costis lateralibus utrinque 5—6.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Norvegiæ* prope Brevig.

T. XLI. f. 11. *Cryptonymus caudatus,* magn. nat.

CYBELE. LOVÉN.

Fam. **Encrinuridæ.**

Corpus ovatum, convexum, longitudinaliter trilobum, crusta lævi vel granulata tectum.

Caput semilunare, ecorne, undique incrassato-marginatum sulcoque intramarginali. Oculi parvi, subpedicellati, distantes, subapicales. Frons antrorsum dilatata, utrinque 3-loba. Sutura facialis postice ab oculis ad latera capitis decurrens, antice frontem arcte circumscribens.

Thorax constat e segmentis 11 angustis, sulco pleurico extrorsum evanescente impressis, anticis apice obtusis, posticis elongatis, retroflexis.

Abdomen immarginatum: rachis distincta, elongato-conica, apicem scuti subattingens: costæ laterales utrinque 4 subduplicatæ, apicibus subfastigiatis.

Obs. Hujus generis sunt *Calymene bellatula* et *C. verrucosa* DALM. *Cryptonymus* (Encrinurus EMM.) facile distinguitur fronte subintegerrima, angulis capitis cornigeris costisque abdominis lateralibus apicem versus sensim brevioribus.

T. XLI. f. 12.

Cybele dentata. EDM.

C. abdomine lævi? rachi striis transversis circiter 17 medio obliteratis.

Trilobites dentatus. ESMARK in Magaziu for Naturvidensk. Vol. XI. p. 269. t. VII. f. 15. — *Trilobites dentatus* et *T. plicatus.* S. et B. l. c. p. 139 et 140.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Norvegiæ* circa Christianiam.

T. XLI. f. 12. *Cybele dentata,* abdom. magn. nat.

T. XLI. f. 13.

Cryptonymus striatus. n. sp.

C. abdomine lævi, acuto, utrinque 10-costato: rachi striis circiter 17, apicalibus medio obliteratis.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ* in monte Osmundsberg.

T. XLI. f. 13. *Cryptonymus striatus,* abdom. magn. nat.

T. XLI. f. 14.

Cybele brevicauda. n. sp.

C. abdomine rachi serie verrucarum duplici, striisque transversis circiter 13, apicalibus medio obliteratis.

Loc. nat. Cum antecedente.

T. XLI. f. 14. *Cybele brevicauda,* abdom. magn. nat.

T. XLI. f. 15.
Pliomera primigena. n. sp.

P. abdomine costis lateralibus utrinque 6? crassiusculis, obtusis, rachi foveola subapicali.

Loc. nat. In stratis regionis B—C) *Norvegiæ* ad Opslo.

T. XLI. f. 15. ***Pliomera primigena,*** abdom. magn. nat.

T. XLI. f. 15. ***Chirurus conformis,*** abdom. magn. nat.

T. XLI. f. 16.
Liostracus costatus. n. sp.

L. lævissimus, fronte oblonga, integerrima; abdomine utrinque 5-costato.

Loc. nat. In stratis regionis A) *Vestrogothiæ* ad Hönsäter, DALMAN (Mus. Holm.).

T. XLI. f. 16. ***Liostracus costatus,*** caput f. 16 b. ejusd. abdom.; figg. magn. nat.

T. XLI. f. 17.
Holometopus? elatifrons. n. sp.

H. fronte elevata, compressa, ad apicem utrinque costa faciali.

Loc. nat. In stratis regionis B—C) *Vestrogothiæ* in monte Hunneberg.

T. XLI. f. 17. ***Holometopus? elatifrons,*** caput. magn. auct., f. 17 a. id. a latere.

T. XLI. f. 18.
Bronteus Marklini. n. sp.

B. abdomine granulato, costis utrinque 6—

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gothlandiæ,* cl. MARKLIN.

T. XLI. f. 18. ***Bronteus Marklini,*** fragm. abdomin. magn. nat.

T. XLI. f. 19 et 20.
Bronteus? nudus.

B. lævissimus, fronte integerrima, apice tumida; abdomine subovali, costis lateralibus nullis.

Loc. nat. In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ,* cl. WEGELIN.

T. XLI. f. 19. ***Bronteus? nudus,*** fragm. capit., f. 20 ejusd. abdom.; figg. magn. nat.

TELEPHUS. Barr.

Fam. Telephidæ.

Corpus . . . . distincte longitudinaliter trilobum, crusta granulata præditum.

Caput . . . . margine laterali (lobo orbitali?) angusto, lineari, utrinque a basi frontis usque ad apicem continuato sulcoque intramarginali determinato. Frons distincta, ovata, sat lata, antrorsum sulcum apicalem attingens. Genæ depressæ, fronte angustiores.

Thorax . . . .

Abdomen breve, transversum, subtriangulare, marginatum, costis lateralibus destitutum; rachis distincta, crassa, intra apicem scuti desinens.

T. XLI. f. 21.
Telephus granulatus. n. sp.

T. fronte granulata, genis angustis, sublinearibus.

Loc. nat. In stratis regionis D a?) *Norvegiæ*.

T. XLI. f. 21. *Telephus granulatus*, fragm. capit. magn. nat.

T. XLI. f. 22.
Telephus bicuspis. n. sp.

T. granulosus, fronte apice bicuspidata, genis latiusculis, rotundatis.

Loc. nat. Cum præcedente.

T. XLI. f. 22. *Telephus bicuspis*, fragm. capit. magn. nat., f. 22 a id. antice visum.

T. XLI. f. 23.
Telephus Wegelini. n. sp.

T. capite marginibus apicali aculeis 3 occipitalique 1 armatis, genis angustis, antrorsum dilatatis.

Loc. nat. In stratis regionis D a) *Dalecarliæ*, cl. Wegelin.

T. XLI. f. 23. *Telephus Wegelini*, fragm. capit. magn. nat.

T. XLII. f. 1. *Platymetopus planifrons*, fragm. capit. magn. nat.

OGYGIOCARIS. n.

Ogygia. BRONGN.

Fam. **Isoteleidæ.**

Corpus oblongo-ovale, distincte longitudinaliter trilobum, crusta lævi vel aciculata instructum.

Caput amplum, semicirculare, postice margine incrassato sulcoque intramarginali, antice immarginatum limboque lato, impresso præditum; anguli exteriores producti, acuminati. Frons oblonga, obsolete circumscripta, parum elevata, antrorsum haud angustata, utrinque lineis 3—4 impressa. Oculi modici, semilunares, distincte reticulati, subapproximati, subbasales, lobisque orbitalibus rotundatis supratecti. Sutura facialis postice ad oculis marginem baseos intus flexa attingit, antice frontem late circumscribens.

Thorax constat e segmentis 8 sulco pleurico lato canaliculatis, apicibus obtusis, retrorsum spectantibus; rachis distincta, angusta; pleuræ subapplanatæ? rachi latiores.

Abdomen capiti respondens, semicirculum subegrediens, immarginatum, impressione lata, intramarginali præditum. Costæ laterales numerosæ, marginem haud attingentes, apicem versus sensim angustiores, sulco longitudinali omnino destitutæ. Limbus scuti inferior sat latus, margine interiore undulato.

T. LXII. f. 2.

Ogygiocaris dilatata. BRÜNN.

Trilobus dilatatus. BRÜNN. l. c. p. 393. — *Trilobit. de Buchii* var. BRONGN. l. c. p. 21.
Trilob. dilatatus. S. et B. l. c. p. 141.
Asaphus dilatatus. DALM. l. c. p. 272. t. III. f. 1. SARS l. c. p. 336. t. VII. f. 5 et 11.
Loc. nat. In stratis regionis B a) *Norvegiæ.*

T. XLII. f. 2. *Ogygiocaris dilatata,* f. 2 a. ejusd. caput a latere, f. 2 b. limbus abdom. infer. f. 2 c. epistoma; figg. omnes magn. nat.

T. XLII. f. 3.


Euloma ornatum. n. sp.

E. capite canaliculo apicali foveolis seriatis ornato.

Loc. nat. In stratis regionis B—C) *Sueciæ* in monte Hunneberg; in *Norvegia* ad Opslo.


T. XLII. f. 3. *Euloma ornatum,* caput f. 3 a. segment. thorac. f. 3 b. abomen; figg. magn. nat.

Tab. XX.




Rit. ef. Nat. och Lith. af M. Körner. Tr. hos M. Körner.


Tab. XXII.




Lith. Anst. v. Th. Bas M Körner.




Taf. XXIV.





Lith. und Tr. bei M. Kiener


Tab. XXVII.



Lith. u. k. I. ho. M Kerner.

Tab. XXI.


1.




3.




3a



5.



4.




2.




4a.




2a.



2.




3



1.



4.



4a.



2a.




3a.




[illegible] M Koenen.


1.




Tab. XXXII.




Taf. XXX.



Tab. XXXIV.




Tab. XXXIV.







Tab.




Lith. och Tr. hos M. Körner.

Tab. XXXVII.







Lith. och Tr. hos M. Körner.



Lith. och Tr. hos M. Körn




Lith. och Tr. hos N. Körner.




Nat. gez. und Lith. v. M. Kerner


Druck v. V. Kerner.




N. Kerner del. et Lith


1.
1.a
6.
5.
2.
7.
8.
3.
3.b.
9.
3.a
4.
11

Tab. XLIV.




M Kirner del. et Lith.





M. Kirner del. et Lith.

Tab.




Tab. I.





Tab. I. a.



M. Körner del et Lith.

Tab. II.

1.




Tab. III.






Tab. III.




M. Korner del. et Lith.



Lith och Tr hos M. Körner.

Tab. B.



Ad Nat. del. et Lith. M. Kerner.

Ptychopyge (Forts.)
lata . . . . S. 55. T. XXXI. F. 1
limbata . . . . 56. „ XXXII. „ 2
media . . . . 56. „ XXXII. „ 3
multicostata . . . . 55. „ XXX. „ 4
rimulosa . . . . . . 55. „ XXX. „ 2

Raphiophorus
culminatus . . . . 82. „ XL. „ 8
depressus . . . . . 82. „ XL. „ 9
Scanicus . . . . . . 82. „ XL. „ 10
setirostris . . . . . 81. „ XL. „ 6
tumidus . . . . . . 81. „ XL. „ 7

Rhodope
lata . . . . 41. „ XXIV. „ 4
lineata . . . . 39. „ XXII. „ 17
oblongata . . . . . 41. „ XXIV. „ 3

Solenopleura
brachymetopa . . . 27. „ XIX. „ 1
canaliculata . . . 27. „ XVIII. „ 9
holometopa . . . . 26. „ XVIII. „ 8
stenometopa . . . . 28. „ XIX. „ 4

Sphaerexochus
angustifrons . . . . 36. „ XXII. F. 8 & XXXVIII. 16, 17.
clavifrons . . . . . 75. „ XXXVIII. „ 18
conformis . . . . . 76. „ XXXIX. „ 2
deflexus . . . . . . 76. „ XXXVIII. „ 19
granulatus . . . . . 76. „ XXXIX. „ 3
latifrons . . . . . . 37. „ XXII. F. 10 & XXXVIII. 15
scabridus . . . . . . 37. „ XXII. 9. XXXIII. [illegible] XXXVIII. 14.
Wegelini . . . . . . 76. „ XXXIX. F. 1.

Sphaerocoryphe
dentata . . . . 66. „ XXXIV. „ 6
granulata . . . . . . 76. „ XXXIX. „ 4.

Sphaerophthalmus
alatus . . . . . S. 49. T. XXVI. F.
flagellifer . . . . . 49. „ XXVI. „
teretifrons . . . . 49. „ XXVI. „ 1

Staurocephalus
clavifrons . . . . . 67. „ XXXIV. „

Symphysurus
breviceps . . . . . . 61. „ XXXIII. „ 1

Telephus
bicuspis . . . . 91. „ XLI. „ 2
granulatus . . . . . 91. „ XLI. „ 2
Wegelini . . . . 91. „ XLI. „ 2

Tropelocera
bicuspis . . . . 34. „ XXI. „
breviloba . . . . . . 38. „ XXII. „ 1

Trinucleus
affinis . . . 65. u. 84. „ XXXIV. F. 5 & XL
bucculentus . . . . 84. „ XLI. F. 1
carinatus . . . . . . 65. „ XXXIV. „ 3
corioides . . . . . . 65. „ XXXIV. „ 2
coscinorinus . . . . 65. „ XXXIV. „ 4
discors . . . . 84. „ XL. „ 1
foveolatus . . . . . 85. „ XLI. „ 2
seticornis . . . . . . 84. „ XL. „ 1
Wahlenbergi . . . . 64. „ XXXIV. „ 1

..crocare

ecorne . . . . S. 46. T. XXV. F. 10.

..idaspis

armata . . . . . . 38. „ XXII. „ 15

Barrandei . . . . 38. „ XXII. „ 14

breviloba . . . . 38. „ XXII. „ 16

crenata . . . . . . 34. „ XXI. „ 5

granulata . . . . 37. „ XXII. „ 11

Marklini . . . . 38. „ XXII. „ 13

multicuspis . . . . 37. „ XXII. „ 12

pectinata . . . . 33. „ XXI. „ 5

..glina

oblongula . . . . 42. „ XXIV. „ 5

..mpyx

aculeatus . . . . 81. „ XL. „ 5

costatus . . . . . 80. „ XL. „ 1

foveolatus . . . 80. „ XL. „ 2

mamillatus . . . 80. „ XL. „ 3

nasutus . . . . . 81. „ XL. „ 4

..ncanthus

acutangulus . . . 63. „ XXXIII. „ 19

..omocare

aculeatum . . . . 26. „ XVIII. „ 6

acuminatum . . 26. „ XVIII. „ 7

difforme . . . . 25. „ XVIII. „ 5

excavatum . . . 25. „ XVIII. „ 3

laeve . . . . 25. „ XVIII. „ 1

limbatum . . . 25. „ XVIII. „ 2

microphthalmum 25. „ XVIII. „ 4

..opocare

pusillum . . . . . 50. „ XVII. „ 1 u. 2.

..raphus

corniculatus . . 86. „ XLI. „ 6

Asaphus

acuminatus . . . . S. 53. T. XXIX. F. 2

expansus . . . . . . 52. „ XXVIII. „ 1

fallax . . . . 53. „ XXVIII. „ 3

laevigatus . . . . . 53. „ XXIX. „ 1

platyurus . . . . . 54. „ XXX. „ 1

raniceps . . . . . 53. „ XXVIII. „ 2

rimulosus . . . . . 52. „ XXVII. „ 7.

Bronteus

laticauda . . . . . . 57. „ XXXIII. „ 1 u. 2

Marklini . . . . . . 90. „ XLI. „ 18

nudus . . . . 90. „ XLI. „ 19 u. 2..

platyactin . . . . . 57. „ XXXIII. „ 3

polyactin . . . . . 57. „ XXXIII. „ 4

Bumastus

glomerinus . . . . . 63. „ XXXIII. „ 17

Lindströmi . . . . . 40. „ XXIV. „ 1

Calymene

spectabilis . . . . . 28. „ XIX. „ 5

tuberculata . . . . 29. „ XIX. „ 5 a–

Celmus

granulatus . . . . 24. „ XVII. „ 8

Centropleura

angusticauda . . . 88. „ XLI. „ 10*

dicaeura . . . . . 88. „ XLI. „ 9

serrata . . . . 88. „ XLI. „ 10

Chirurus

conformis . . . . . 32. „ XXI. F. 3 & XLI. F. 1

exsul . . . . 31. „ XXI. F. 2 & XXXIX. F.

glaber . . . . 79. „ XXXIX. „ 16

ornatus . . . . 31. „ XXI. „ 1

punctatus . . . . . 79. „ XXXIX. „ 17

speciosus . . . . . 78. „ XXXIX. „ 14

Fasc. I.

I. CRUSTACEA TRILOBA,

vulgo

TRILOBITÆ

dicta.

PARADOXIDES. Brongn.
Olenus Dalm.

Corpus elongatum, depressum, longitudinaliter trilobum, crusta irregulariter striolata, lævissima, vel alutacea.

Caput semilunare, margine undique incrassato, sulcoque intramarginali, ad angulos postico-exteriores in spinas validas, acuminatas, productum. Segmentum oculiferum distinctum: sutura facialis utrinque ab oculis extrorsum ducta, postice ad marginem basalem oblique decurrens. Oculi ampli, depressi, semilunares. Frons antrorsum dilatata, marginem attingens.

Thorax segmentis numerosis (17—20), canaliculatis, apice elongatis, spiniformibus, retroflexis.

Abdomen parvum, margine destitutum, apicem versus dilatatum: rachis costis 3—4.

T. I. f. 1—3.

Paradoxides Tessini. Brongn.

P. fronte sulcis transversis 2; abdomine spathulato, mutico.

Entomolithus paradoxus. Linn. Mus. Tess. p. 98. t. III. f. 1.

Entomostracites paradoxissimus. Wahl. in Nov. Act. Soc. Ups. Vol. VIII. p. 34. t. I. f. 1.

Paradoxides Tessini. Brongn. Crust. foss. p. 31. t. IV. f. 1.

Olenus Tessini. Dalm. in Wet. Acad. Handl. 1826, p. 254. t. VI. f. 3. *Hising.* Leth. p. 13. t. IV. f. 1.

Loc. nat. In variis stratis regionis A), *Vestrogothiæ* in schisto aluminari e. gr. ad Olstorp, ad Gidaholm sec. Linné, et ad Carlsfors sec. Hising. et Dalm. *Oelandiæ*, in conglomerato calcareo ad Borgholm, et in strato arenaceo, schistoso, ad Ormöga.

T. I. f. 1. *Paradoxides Tessini*, magn. nat. f. 2: ejusdem caput a latere; f. 3: epistoma.

T. II. f. 1—3.

Paradoxides Forchhammeri. n. sp.

P. fronte sulcis 4: anterioribus 2 medio obliteratis; abdomine spathulato, mutico.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis B), *Scaniæ* ad Andrarum.

T. II. f. 1. *Paradoxides Forchhammeri*, magn. nat.; f. 2: ejusdem caput a latere; f. 3: epistoma.

T. III. f. 3.

Paradoxides Loveni. n. sp.

P. fronte utrinque lobis 4: pari antico extrorsum dilatato; abdomine transverso, 4-spinuloso.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis B), *Scaniæ* ad Andrarum.

T. III. f. 1. *Paradoxides Loveni*, magn. nat; f. 2: ejusdem caput a latere; f. 3: epistoma.

CRYPTONYMUS. Eichw. Sil. Syst. p. 71.

Corpus obovatum, convexum, longitudinaliter trilobum, crusta lævissima vel granulata.

Caput semilunare, cornigerum l. muticum; margine incrassato, sulcoque intramarginali; segmentum oculiferum distinctum: sutura facialis postice ab oculo extrorsum ad marginem lateralem decurrens, antice prominentiam frontalem arcte circumscribens. Oculi parvi, subglobosi, minute reticulati pedicellisque immobilibus suffulti. Frons antrorsum dilatata, limbum attingens.

Thorax segmentis circiter 11 angustis, sulco longitudinali destitutis, apicem versus retroflexis.

Abdomen capite multo augustius, immarginatum: latera utrinque costis distinctis, marginem superantibus: rachis conica, crebre transversim striata.

T. IV. f. 1—3.

Cryptonymus bellatulus. Dalm.

C. fronte utrinque lobis 3; abdomine subrectangulari, lævi: lateribus 4—costatis.

Calymene bellatula. Dalm. l. c. p. 228. t. I. f. 4. a—d.

Hising. l. c. p. 11, t. I. f. 5. a—b.

Lovén in Wet. Acad. Förhandl. 1845, p. 111. t. II. f. 3. a—c.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöl et ad Omberg; *Oelandiæ* ad Bödahamn.

T. IV. f. 1. *Cryptonymus bellatulus,* magn. nat. f. 2: idem convolutus a latere. F. 3: ejusd. abdomen.

T. IV. f. 4—8.

Cryptonymus punctatus. Wahl.

(nec Brünn, nec Steining, nec Murch.)

C. fronte integerrima; abdomine triangulari, acuminato, trifariam longitudinaliter verrucoso, costis lateralibus 8.

Wahl. l. c. p. 32. t. II. f. 1. (exclus. fig. capitis, quæ ad *Calymen. Blumenbachii* pertinet; exclus. etiam Brünn. h. l. citato *).

Calymene variolaris, Brongn. l. c. pag. 14. t. I. f. 3. A, C. (exclus. f. B.)

Calymene punctata, Dalm. l. c. p. 233. t. II. f. 2. a, b.

Hising. l. c. p. 12. t. I. f. 9.

Encrinurus Stockesii, M'Coy. Synops. p. 46. t. IV. f. 15?

Loc. nat. In stratis regionis E), *Gottlandiæ* ubique. *Scaniæ* in saxis arenaceis ad Ringsjö.

T. IV. f. 4. *Cryptonymus punctatus* magn. nat. a) verrucæ capitis, b) abdominis, c) rachis; f. 5 abdomen subtus visum; figg. omnes magn. auct. f. 6 ejusd. caput antice visum; b) epistoma magn. nat.; f. 7 segmentum oculiferum a latere, magn. nat.

T. IV. f. 9.

Cryptonymus obtusus. n. sp.

C. . . . . . abdomine obtuso: rachi obsoletius granulata: lateribus lævissimis, costis utrinque 10.

---

*) Citatum Wahlenbergii: Brünn. in Kjøbenhavns Sellsk. Skrivt. Nye Saml. p. 394 n:o 5? *Trilobites punctatus* e Bohemia, ad *Phacopem Hausmanni,* Auctorum, secundum specimina typica, in museo mineralogico Hafniensi asservata, certissime spectat.

Loc. nat. In stratis regionis E), *Gottlandiæ* ad Katthammarsvik.

T. IV. f. 9. *Cryptonymus obtusus* (fragm. thoracis cum abdomine), magn. nat.

T. IV. f. 10.

Cryptonymus lævis. n. sp.

C. fronte subintegra, abdomine lævissimo, triangulari, acuminato, costis utrinque 8.

Loc. nat. In stratis regionis E), *Gottlandiæ* ex. gr. ad Högklint prope Wisby.

T. IV. f. 10. *Cryptonymus lævis,* magn. nat.

T. V. f. 1.

Cryptonymus verrucosus. Dalm.

C. verrucosus, fronte lobis utrinque 3; abdomine costis utrinque 4.

Calymene verrucosa Dalm. in Wet. Acad. Årsb. 1828 p. 134. Hising. l. c. p. 11. Lovén l. c. 1845. p. 52. t. I. f. 5 a—f. et *Cybele verrucosa* l. c. p. 111.

Loc. nat. In stratis margaceis regionis D), *Vestrogothiæ* ad Bestorp, in monte Mösseberg.

T. V. f. 1. *Cryptonymus verrucosus,* magn. nat.

ERYX. n. g.

Corpus obovatum? . . . . . crusta strigosa, alutacea, vel parce granulosa.

Caput transversum, anguste marginatum, sulcoque intramarginali; Sutura facialis nondum nota. Oculi nulli. Frons distincta, breviuscula, perangusta, antrorsum attenuata, sulcum marginalem haud attingens.

Thorax . . . .

Abdomen capite minus, breve, transversum, vix marginatum, apice rotundatum: rachis distincta: latera æquabilia, costis omnino destituta.

T. V. f. 2, 3.

Eryx laticeps. n. sp.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis B), *Scaniæ* ad Andrarum.

T. V. f. 2. *Eryx laticeps,* caput; f. 3: ejusd. abdomen magn. nat.

ACONTHEUS. n. g.

Corpus . . . . crusta lævissima, irregulariter striolata.

Caput semilunare, anguste marginatum, sulcoque intramarginali; anguli postico-exteriores acuti; sutura facialis ignota. Oculi nulli. Frons antrorsum dilatata, marginem attingens.

Thorax . . . .

Abdomen rotundatum, immarginatum: rachis distincta: costæ laterales, depressæ, marginem attingunt.

T. V. f. 4.

Acontheus acutangulus. n. sp.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis B), *Scaniæ* ad Andrarum.

T. V. f. 4. *Acontheus acutangulus,* caput; f. 5 idem a latere.

AGNOSTUS. Brongn.

Battus. Dalm.

Corpus ovale, trilobum, crusta impresso-punctata, lævissima vel granulata.

Caput subovale l. subrotundum, tenuiter marginatum, rarius margine destitutum. Frons aut distincta, antrorsum angustata, ante marginem evanescens, aut sulco limitante omnino destituta. Sutura facialis latet. Oculi nulli.

Thorax e segmentis 2 canaliculatis constituitur: rachis distincta, sat lata.

Abdomen capiti æquale, anguste marginatum, integerrimum vel denticulis armatum: rachis aut distincta, aut indeterminata: pleuræ æquabiles costisque omnino destitutæ.

T. VI. f. 1.

Agnostus glandiformis. n. sp.

A. clypeis lævissimis, æquabilibus, capite immarginato; abdomine puncto elevato sub-basali.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis B), ad Andrarum *Scaniæ*.

T. VI. f. 1. *Agnostus glandiformis*, magn. nat.

T. VI. f. 2.

Agnostus bituberculatus. n. sp.

A. clypeis lævissimis, æquabilibus, marginatis, integerrimis; capite basi bituberculato; abdomine lineola longitudinali elevata.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis B), *Scaniæ* ad Andrarum.

T. VI. f. 2. *Agnostus bituberculatus*, magn. auct.

T. VI. f. 3.

Agnostus lævigatus. Dalm.

A. clypeis lævissimis, integerrimis, fronte rachique abdominali apice evanescentibus.

Battus lævigatus. Hising l. c. p. 30. t. IV. f. 7. Dalm. in Wet. Acad. Årsber. 1828 p. 136.

Loc. nat. In stratis schisti aluminaris regionis A), *Vestrogothiæ* ad Hönsäter, Gudhem, Kaflås etc.

T. VI. f. 3. *Agnostus lævigatus* (specimen adultum), magn. auct.

T. VI. f. 4.

Agnostus brevifrons. n. sp.

A. clypeis lævissimis, integerrimis; fronte perbrevi, integerrima; rachi abdominis puncto elevato.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis B), *Scaniæ* ad Andrarum.

T. VI. f. 4. *Agnostus brevifrons*, magn. auct.

T. VI. f. 5.

Agnostus glabratus. n. sp.

A. clypeis lævissimis; fronte brevi, integerrima; abdomine bidenticulato: rachi utrinque biloba.

Loc. nat. In schisto margaceo variegato regionis D), *Vestrogothiæ* ad Bestorp in monte Mösseberg.

T. VI. f. 5. *Agnostus glabratus* magn. auct.

T. VI f. 6.

Agnostus lentiformis. n. sp.

A. clypeis fronteque lævissimis, integerrimis; rachi abdominis obsolete biloba.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), ad Fågelsång *Scaniæ.*

T. VI. f. 6. *Agnostus lentiformis*, magn. auct.

T. VI. f. 7.

Agnostus pisiformis. Linn.

A. clypeis lævissimis, fronte linea infra-apicali transverse impressa; abdomine bi-denticulato, rachi sub-biloba.

Insect. vaginipenn. Brom. in Act. litt. Upsal. 1729, p. 526. cum icone.

Entomolitus paradoxus γ pisiformis. Linn. Iter Scan. p. 122. Syst. nat. ed. XVI. Vol III. p. 160.

Cassida? Modéer in Schrift. naturf. freund. zu Berlin t. VI. p. 248. T. II. f. 1, 2.

Entomostracites pisiformis. Wahl. l. c. p. 42. t. I. f. 5.

Battus pisiformis, Dalm. in Wet. Acad. handl. 1826 p. 258. t. VI. f. 5 a—d. Hising. l. c. p. 19. t. IV f. 5, 6.

Loc. nat. In stratis schisti aluminaris regionis A), totius *Sueciæ.*

T. VI. f. 7. *Agnostus pisiformis,* magn. auct.

T. VI. f. 8.

Agnostus exsculptus. n. sp.

A. clypeis lævissimis, integerrimis, lineis radiantibus exsculptis; fronte integerrima; rachi abdominis 3-loba.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis B), *Scaniæ* ad Andrarum.

T. VI. f. 8. *Agnostus exsculptus,* magn. auct.

T. VI. f. 9.

Agnostus planicauda. n. sp.

A. clypeis lævissimis, fronte linea infra-apicali transverse impressa; abdomine bidenticulato, rachi 2-loba.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis B), *Scaniæ* ad Andrarum.

T. VI. f. 9. *Agnostus planicauda,* magn. auct.

T. VI. f. 10.

Agnostus reticulatus. n. sp.

A. clypeis lævissimis, reticulatis; fronte utrinque 3-loba; rachi abdominis biloba.

Loc. nat. In stratis schisti aluminaris regionis A), *Scaniæ* ad Andrarum.

T. VI. f. 10. *Agnostus reticulatus,* magn. auct.

T. VI. f. 11.

Agnostus punctuosus. n. sp.

A. clypeis minute granulatis, integerrimis; fronte linea 1 rachique abdominis lineis 2 transverse impressis.

Loc. nat. In saxis dispersis calcis bituminosæ, ad Andrarum *Scaniæ.*

T. VI. f. 11. *Agnostus punctuosus,* magn. auct.

T. VI. f. 12.

Agnostus aculeatus. n. sp.

A. clypeis granulosis integerrimis, fronte 3-loba; rachi abdominis 2-loba aculeoque armata.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis B), ad Andrarum *Scaniæ.*

T. VI. f. 12. *Agnostus aculeatus,* magn. auct.

PHACOPS. Emm.

Corpus obovatum, læve, alutaceum vel granulatum, longitudinaliter trilobum.

Caput semilunare, undique marginatum, sulcoque intramarginali, cornigerum l. muticum. Segmentum oculiferum 'distinctum; sutura facialis antice ab oculis prominentiam frontalem arcte circumscribens, postice ad marginem lateralem decurrens. Oculi elevati subconici, grandius reticulati,

apice truncati, loboque rotundato supratecti. Frons antrorsum dilatata, marginem attingens.

Thorax segmentis 11, longitudinaliter sulcatis.

Abdomen aut marginatum, aut margine destitutum, apicem versus angustatum, rachi pleurisque costis distinctis.

T. VII. f. 1, 2.

Phacops bucculenta. Sjögr. n. sp.

Ph. cornigera, fronte lævi, inæqualiter biloba; abdomine acuto, immarginato; costis simplicibus, circiter 14.

Loc. nat. In saxis dispersis calcareis *Oelandiæ* circa Ericsöre, ubi invenit mecumque communicavit cl. S. Sjögren.

T. VII. f. 1: *Phacops bucculenta,* magn. nat. f. 2: ejusd. caput a latere.

T. VII. f. 3, 4.

Phacops macroura. Sjögr. n. sp.

Ph. cornigera, fronte granulata, inæqualiter 2-loba; abdomine acuto, marginato: costis simplicibus circiter 18.

Loc. nat. In saxis dispersis calcareis *Oelandiæ* circa Segerstad, unde specimina dedit cl. S. Sjögren. *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. VII. f. 3: *Phacops macroura,* magn. nat. f. 4: caput ejusd. a latere.

T. VII. f. 5, 6.

Phacops conicophthalma. S—s & B—k.

Ph. cornigera, fronte inæqualiter 2-loba; abdomine rotundato, costis utrinque circiter 12, dichotomis.

Calymene sclerops var. Dalm. p. 193. t. II. f. I. d.

Trilobites conicophthalmus. Boeck. Gaea Norveg. p. 139.

Loc. nat. in stratis calcareis regionis C), *Oelandiæ* ad Böda; *Vestrogothiæ* in monte Gisseberg; etiam *Scaniæ* in saxis dispersis circa Grönby.

T. VII. f. 5: *Phacops conicophthalma,* magn. nat. f. 6: ejusd. caput a latere.

T. VII. f. 7, 8.

Phacops tumida. n. sp.

Ph. cornigera, fronte ultra marginem protuberante, inæqualiter 2-loba; abdomine . . . . . .

Loc. nat. In saxis dispersis *Scaniæ* circa Tingaröd.

T. VII. f. 7: *Phacops tumida,* fragment. thoracis cum abdomine, magn. nat. f. 8: caput ejusd. a latere.

T. VIII. f. 1.

Phacops mucronata. Brongn.

Ph. cornigera, caudata, lævis; fronte plicis 3 crescentibus; abdomine immarginato, costis 9 dichotomis.

Entomolithus. Linn. Iter Vestrog. p. 88, cum fig.

Entomostracites caudatus. Wahl. l. c. p. 28, t. II. f. 2.

Asaphus mucronatus. Brongn. l. c. p. 24, t. III. f. 9. Dalm. l. c. p. 236, t. II. f. 3. a, b. Hising. l. c. p. 13. t. II. f. 1. a, b.

Loc. nat. In stratis argillaceis regionis E), *Vestrogothiæ* in montibus Ålleberg et Mösseberg alibique; etiam *Ostrogothiæ* ad Borenshult et ad Husbyfjöl sec. Dalman.

T. VIII. f. 1: *Phacops mucronata,* magn. nat.

T. VIII. f. 2. a, b, c.

Phacops caudata. Brünn. nec. Wahl.

Ph. cornigera, caudata, granulata; fronte plicis 3 crescentibus; abdomine marginato, costis 9 dichotomis.

Trilobus caudatus. Brünn. l. c. p. 302 (cum icone capitis et abdominis).

Asaphus caudatus. Dalm. l. c. p. 236. t. II. f. 4. Hising. l. c. p. 13. t. II. f. 2.

Loc. nat. In stratis regionis E), *Gottlandiæ.*

T. VIII. f. 2. a: *Phacops caudata,* magn. nat. f. 2. b: caput ejusdem a latere f. 2. c: epistoma.

T. VIII. f. 3.

Phacops imbricatula. n. sp.

Ph. caudata, ... abdomine lævi, marginato, costis utrinque 10 dichotomis, subimbricatis.

Loc. nat. In stratis regionis E), *Gottlandiæ*.

T. VIII. f. 3: *Phacops imbricatula*, (fragmentum thoracis cum abdomine), magn. nat.

T. VIII. f. 4.

Phacops æquicostata. n. sp.

Ph. . . . . abdomine obtuso, lævi, immarginato: costis utrinque circiter 8, planis, dichotomis.

Loc. nat. In stratis regionis E), *Gottlandiæ*.

T. VIII. f. 4: *Phacops æquicostata*. (abdomen), magn. nat.

T. IX. f. 1.

Phacops eucentra. n. sp.

Ph. cornigera, caudata, lævis; fronte protuberante 3-loba; abdomine marginato, costis 9 dichotomis.

Loc. nat. In stratis schistosis regionis E), *Scaniæ* ad Röstånga.

T. IX. f. 1: *Phacops eucentra*, magn. nat.

T. IX. f. 2.

Phacops sclerops. Dalm.

Ph. fronte lobis utrinque 3 subæqualibus; abdomine rotundato, costis lateralibus simplicibus circiter 7.

Calymene sclerops. Dalm. l. c. p. 222. t. II. f. 1. a—c, e—g. (exclus. fig. d).

Hising. p. II. t. I. f. a, b.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Dalecarliæ* ad Furudal, sec. Hisinger. *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöl, Skarpåsen, Ljung etc. *Vestrogothiæ* ad Warnhem. *Smolandiæ* ad Humlenäs. *Oelandiæ* ad Resmo etc. *Scaniæ* ad Fågelsång.

T. IX. f. 2: *Phacops sclerops*, magn. nat.; f. 2: b, ejusdem caput a latere.

T. IX. f. 3.

Phacops granulosa. n. sp.

Ph. capite dense granuloso; fronte lobis utrinque 3, parum crescentibus.

Loc. nat. In saxis schistosis dispersis *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. IX. f. 3: *Phacops granulosa* (fragment capitis), magn. nat.

T. IX. f. 4. a.

Phacops breviceps. n. sp.

Ph. fronte lobis utrinque 3, valde crescentibus; abdomine rotundato: costis simplicibus, circiter 6.

Loc. nat. In stratis margaceis schistosis regionis E), *Scaniæ* ad Ringsjö; etiam in stratis arenaceis ejusdem regionis, *Gottlandiæ.*

T. IX. f. 4: *Phacops breviceps,* f. 4 a: ejusdem caput a latere, magn. nat.

T. IX. f. 5. a—c.

Phacops 4-lineata. n. sp.

Ph. lineis transversis 3: anterioribus medio obliteratis; abdomine rotundato, costis obsoletis, utrinque 5.

Loc. nat. In stratis regionis E), *Gottlandiæ.*

T. IX. f. 5: *Phacops 4-lineata,* f. 5 a: ejusdem caput a latere; f. 5 b: idem subtus visum; f. 5. c: epistoma.

POLYTOMURUS. Corda & Hawl.
Dione. Barr.

Corpus obovatum, trilobum, crusta lævi l. elevato-punctata.

Caput semilunare, marginatum, cornigerum, oculis suturaque faciali destitutum. Fronte subquadrata.

Thorax segmentis 6 longitudinaliter sulcatis, apice obtusis.

Abdomen capite majus, vix marginatum, rachi pleurisque multisegmentatis.

Polytomurus euglyptus. n. sp.

Loc. nat. In stratis margaceis schistosis regionis D), *Vestrogothiæ* ad Bestorp, in monte Mösseberg.

T. IX. f. 6: *Polytomurus euglyptus,* magn. nat.

REMOPLEURIDES. PORTL.

Corpus obovatum, trilobum, crusta lævissima, eleganter striolata l. alutacea.

Caput subrotundatum, immarginatum, cornigerum. Oculi amplissimi, depressi, reticulati, loboque tenui superne instructi; sutura facialis postice ab oculis brevissima, marginem basalem intus flexa attingens, antice frontem arcte circumscribens, apice in acumen lineare producta. Frons transversim ovalis, subplana, haud elevata.

Thorax segmentis (11—13) latiusculis; rachis lata; segmenta pleurarum obsolete canaliculata, apice acuta.

Abdomen parvum, laciniatum, margine omnino destitutum.

T. IX. f. 7. a.

Remopleurides 6-lineatus. n. sp.

R. fronte lineis impressis, abbreviatis, utrinque 3.

Loc. nat. In saxis calcareis dispersis ad montem Kinnekulle, *Vestrogothiæ.*

T. IX. f. 7: *Remopleurides 6-lineatus,* caput (exclusis figuris abdominis pygidiique, errore sculptoris huc relatis, minime vero huc pertinentibus), magn. nat. f. 7. a: idem a latere.

T. IX. f. 8.

Remopleurides 4-lineatus. n. sp.

R. fronte lineis impressis, abbreviatis, utrinque 2.

Loc. nat. In stratis margaceis schistosis regionis D), *Vestrogothiæ* e. gr. ad Bestorp in monte Mösseberg.

T. IX. f. 8: *Remopleurides 4-lineatus,* (caput cum fragment. thoracis), magn. nat.

NIOBE. n. g.

Corpus latiusculum, ovale, trilobum, crusta lævissima l. striolata et impresso-punctata.

Caput sat magnum, semilunatum, late impresso-marginatum, cornigerum

l. muticum. Oculi modici, semilunares, reticulati, supra lobo rotundato tecti: Sutura facialis postice ab oculo ad marginem basis decurrens, antice subampliato-rotundata, prominentiam frontalem circumscribens. Frons humilis, antrorsum vix latior, apice rotundata, marginem haud attingens.

Thorax segmentis 8, latis, longitudinaliter sulcatis, apice rotundatis.

Abdomen capiti subæquale, margine lato, depresso; rachis crassiuscula, conica, marginem haud attingens; pleuræ costis destinctis, latis, aut plane nullis.

T. X.
Niobe lata. n. sp.

N. cornigera, costis abdominalibus marginem haud attingentibus, utrinque 7.

Loc. nat. In stratis margaceis schistosis regionis D), *Vestrogothiæ* ad Bestorp in monte Mösseberg.

T. X. *Niobe lata,* magn. nat.

T. XI. f. 1. a.
Niobe læviceps. Dalm.

N. abdomine pleuris æquabilibus costisque omnino destitutis.

Asaphus læviceps. Dalm. l. c. p. 243. t. IV. f. 1. a—d. Hising. l. c. p. 15. t. II. f. 8. a, b.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Ostrogothiæ* e. gr. ad Husbyfjöl, Heda etc. *Oelandiæ* ad Resmo.

T. XI. f. 1: *Niobe læviceps,* magn. nat. f. 1. a: ejusd. caput a latere.

T. XI. f. 2. a, b. et T. XII. f. 1.
Niobe frontalis. Dalm.

N. fronte apice rotundato, costis abdominalibus marginem haud attingentibus, utrinque 6.

Asaphus frontalis. Dalm. l. c. p. 242. Hising. l. c. p. 15.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Ostrogothiæ* e. gr. ad Husbyfjöl, Ljung, Heda etc. *Oelandiæ* ad Resmo etc. *Scaniæ* ad Fågelsång.

T. XI. f. 2: *Niobe frontalis,* magn. nat. f. 2. a: ejusdem caput a latere; f. 2. b: epistoma.
T. XII. f. 1: pars testæ, magn. auct.

T. XI. f. 3.

Niobe emarginula. n. sp.

N. fronte utrinque 4-foveolata, apice emarginata; abdomine costis 6, marginem haud attingentibus.

An mera varietas præcedentis?

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Vestrogothiæ* ad Olstorp.

T. XI. f. 3: *Niobe emarginula,* magn. nat.

T. XI. f. 4. et T. XII. f. 2. a.

Niobe explanata. n. sp.

N. abdomine obsolete marginato, costis utrinque 6, marginem attingentibus.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Scaniæ* ad Fågelsång.

T. XI. f. 4: *Niobe explanata,* abdomen, magn. nat. T. XII. f. 2: caput ejusdem? magn. nat. f. 2. a: pars testæ capitis, magn. auct.

MEGALASPIS. n. g.

Corpus ellipticum, longitudinaliter trilobum, crusta lævi.

Caput magnum, semiellipticum, cornigerum, marginatum: margo subtus canaliculatus, supra plerumque planus. Oculi mediocres, semicylindrici, minute reticulati, modice distantes, supra laciniis rotundatis, depressis tecti. Sutura facialis postice ab oculo brevis, ad marginem basis decurrens, antice frontem late circumscribens, apice acuminata. Frons oblongo-obovata, marginem haud attingens.

Thorax segmentis 8, angustis, longitudinaliter sulcatis, apice rotundatis.

Abdomen capiti æquale, margine, ut in capite, subtus canaliculato, supra plano l. canaliculato; rachis conico-cylindracea, multisegmentata, marginem

haud attingens; Pleuræ in speciminibus decorticatis, costis numerosis, angustis, distincte dichotomis l. apice solum bifidis.

T. XII. f. 3.

Megalaspis Gigas. n. sp.

M. abdomine semielliptico, costis rachis circiter 27: lateralibus 15, angustis, dichotomis, interstitiis profundis.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Oelandiæ* e. gr. ad Segerstad etc.

T. XII. f. 3: *Megalaspis Gigas,* abdomen, magn. nat.

T. XIII.

Megalaspis Heros. Dalm.

M. abdomine triangulari, caudato, costis rachis circiter 18: lateralibus 12, dichotomis, interstitiis profundis.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Vestrogothiæ* e. gr. ad Österplana etc. *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöl etc.

T. XIII. *Megalaspis Heros,* magn. nat.

T. XIV. f. 1, 3.

Megalaspis latilimbata. n. sp.

M. cornigera, clypeis majoribus, semiellipticis, latissime marginatis; abdomine costis lateralibus dichotomis, interstitiis profundis.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Oelandiæ* ad Sandvik etc.

T. XIV. f. 1: *Megalaspis latilimbata,* caput, magn. nat.; f. 3: pars abdominis, magn. nat.

T. XIV. f. 2.

Megalaspis multiradiata. n. sp.

M. abdomine semielliptico, costis obsoletissimis, rachis circiter 24, simplicibus: lateralibus utrinque 13, duplicatis.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Ostrogothiæ* ad Ljung etc.

T. XIV. f. 2: *Megalaspis multiradiata,* abdomen magn. nat.

T. XV. f. 1. a.

Megalaspis extenuata. Wahl.

M. abdomine semielliptico, margine subcanaliculato, costis rachis 17, lateralibus 11, obsoletissimis, dichotomis.

Entomostracites extenuatus. Wahl. l. c. p. 295. t. VII. f. 4.

Asaphus extenuatus. Dalm. l. c. p. 237. t. II. f. 5. Hising. p. 13. t. II. f. 3.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Ostrogothiæ* e. gr. ad Husbyfjöl, Heda, Ljung, Berg etc. *Smolandiæ* ad Humlenäs. *Scaniæ* ad Fågelsång.

T. XV. f. 1: *Megalaspis extenuata,* Wahl. magn. nat. f. 1. abdomeu ejusdem, specimen decorticatum, magn. nat.

T. XV. f. 2.

Megalaspis rotundata. n. sp.

M. abdomine semicirculum excedente, late marginato, apice rotundato, costis rachis 25, lateralibus 13 dichotomis.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. XV. f. 2: *Megalaspis rotundata,* abdomen, magn. nat.

T. XV. f. 3.

Megalaspis explanata. n. sp.

M. abdomine semicirculum excedente, obtuso, costis rachis 19, lateralibus 12 obsoletis, dichotomis.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. XV. f. 3. *Megalaspis explanata,* abdomen, magn. nat.

T. XVI. f. 1.

Megalaspis stenorachis. n. sp.

M. abdomine semicirculum subegrediente, margine angusto, canaliculato, costis utrinque circiter 8, duplicatis.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöl.

T. XVI. f. 1: *Megalaspis stenorachis,* fragm. thoracis cum abdomine, magn. nat.

T. XVI. f. 2. a.

Megalaspis planilimbata. n. sp.

M. abdomine fere semicirculari, costis dichotomis, utrinque circiter 7.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Vestrogothiæ* ad Olstorp.

T. XVI. f. 2: *Megalaspis planilimbata,* magn. nat.; f. 2. a: epistoma.

T. XVI. f. 3.

Megalaspis limbata. S—s & B—k.

M. abdomine semicirculum sub-excedente, costis utrinque 7 dichotomis, rachis 14-segmentata.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Scaniæ* e. gr. ad Fågelsång etc. *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle. *Oelandiæ* fere ubique.

T. XVI. f. 3: *Megalaspis limbata,* abdomen, magn. nat. f. 3. a: idem subtus visum.

NILEUS. DALM.

Corpus oblongato-ovale, æquabile vel distincte trilobum, crusta impresso-punctata, lævi l. irregulariter striolata.

Caput subreniforme, immarginatum, angulis rotundatis. Sutura facialis postice ab oculis brevissima, oblique ad marginem basis decurrens, antice frontem arcte circumscribens. Oculi permagni, semiorbiculares, reticulati, laterales, lobo semicirculari, depresso supratecti. Frons latiuscula, antrorsum dilatata.

Thorax trilobus vel sulcis longitudinalibus ordinariis omnino destitutus, segmentis 8, canaliculatis, apice rotundatis.

Abdomen capite minus, rotundatum, æquabile, rachi obsoleta.

T. XVI. f. 4. a—b.

Nileus palpebrosus. Dalm.

N. fronte antrorsum latiore; thorace distincte trilobo.

Asaphus (Nileus) *palpebrosus.* Dalm. l. c. p. 245. t. VI. f. 2. a—e.
Hising. l. c. p. 15. t. III. f. 1. a, b.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Ostrogothiæ* e. gr. ad Husbyfjöl etc. *Vestrogothiæ* ad Olstorp, Martorp etc. *Scaniæ* ad Fågelsång.

T. XVI. f. 4: *Nileus palpebrosus,* magn. nat., f. 4. a: ejusdem caput a latere; f. 4. b: idem subtus visum cum epistomate.

T. XVI. f. 5. a—c.

Nileus Armadillo. Dalm.

N. fronte apice ipso dilatata; thorace æquabili, sulcis longitudinalibus omnino destituto.

Asaphus (Nileus) *Armadillo.* Dalm. l. c. p. 246. t. IV. f. 3. a—e.
Hising. l. c. p. 16. t. III. f. 3.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Ostrogothiæ* e. gr. ad Husbyfjöl, Heda, Berg. *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle. *Oelandiæ* ad Resmo etc. *Scaniæ* ad Fågelsång, Tomarp, Tosterup etc.

T. XVI. f. 5: *Nileus Armadillo,* magn. nat., f. 5. a: ejusd. caput a latere, f. 5. b: idem var., f. 5. c: epistoma.

AMPYX. Dalm.

Corpus breviter ovale, trilobum, crusta lævissima, impresso-punctata.

Caput subtriangulare, marginatum, cornigerum. Oculi nulli. Sutura facialis ab angulo capitis exteriore incipiens, ad marginem capitis anticum diagonaliter continuata. Frons distincta lanceolata, protuberans, apice in rostrum producta.

Thorax brevis, depressus, segmentis 5—6, apice rotundatis; rachis distincta.

Abdomen capite minus, triangulare, margine verticaliter deflexo; rachis conica, marginem attingens; pleuræ æquabiles, costis destitutæ.

T. XVII. f. 1.

Ampyx nasutus. Dalm.

A. fronte convexa, rostro tereti; thorace segmentis 6.

Asaphus (Ampyx) *nasutus.* Dalm. l. c. p. 255. t. V. f. 3. a, b, c.
Hising. l. c. p. 18. t. III. f. 8. a—b.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Ostrogothiæ* e. g. ad Husbyfjöl, Hoda etc. *Oelandiæ* ad Böda etc. *Scaniæ* ad Fågelsång.

T. XVII. f. 1: *Ampyx nasutus,* magn. nat., f, 1. a: ejusd. caput a latere, f. 1. b: ejusd. abdomen, f. 1. c: ejusd. rostrum frontale, transv. sect.

T. XVII. f. 2. a—c.

Ampyx tetragonus. n. sp.

A. fronte convexa, rostro tetragono; thorace segmentis 5.

Loc. nat. In stratis schistosis regionis D), *Vestrogothiæ* ad Bestorp in monte Mösseberg.

T. XVII. f. 2: *Ampyx tetragonus,* magn. nat., f. 2: ejusd. frons a latere; f. 2. b: abdomen; f. 2. c: rostrum frontale, vertic. sect.

T. XVII. f. 3.

Ampyx carinatus. n. sp.

A. fronte carinata, rostro ancipiti.

Loc. nat. In saxis dispersis *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. XVII. f. 3: *Ampyx carinatus,* caput. magn. nat., f. 3. a: ejusd. rostrum frontale, vertic. sect.

PROETUS. STEINING.

Gerastos. GOLDF. Aeonia. BURM.

Corpus obovatum l. ovale, longitudinaliter trilobum, crusta irregulariter striolata, lævi l. granulata.

Caput semilunare, undique marginatum, cornigerum l. muticum. Sutura facialis utrinque ab oculis ad marginem continuata, postice ad basim capitis decurrens. Oculi parvi, semilunares, reticulati, subapproximati, superne lobo rotundato præditi. Frons distincta, ovata.

Thorax segmentis 10—12, canaliculatis, apice obtusis.

Abdomen capite minus, rotundatum, trilobum: rachis pleuræque obsolete costatæ.

T. XVII. f. 4. a—c.
Proetus Stokesi. Murch.

P. corniger, lævis, fronte utrinque 1-loba tuberculoque basali aucta.

Asaphus Stokesii. Murch. Sil. Syst. p. 655. t. XIV. f. 6.
Proetus Stokesii. Lovén l. c. 1825. p. 50. t. I. f. 3. a—d.

Loc. nat. In stratis regionis E), *Gottlandiæ.*

T. XVII. f. 4: *Proetus Stokesi,* magn. nat., f. 4. a: ejusd. caput a latere, f. 4. b: frons (specim. decorticat.) f. 4. c: pars magn. nat.

T. XVII. f. 5. a—b.
Proetus concinnus. Dalm.

P. corniger, fronte integra, basi utrinque tuberculo aucta.

Calymene concinna. Dalm. l. c. p. 231. t. I. f. 5. a—c.
Hising. l. c. p. 12. t. I. f. 10. a, b.
Proetus concinnus. Lovén. l. c. p. 49. t. I. f. 2. a, b.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gottlandiæ.*

T. XVII. f. 5: *Proetus concinnus,* magn. nat., f. 5. a: ejusd. caput a latere, 5. b: frons (exempl. decorticat).

T. XVII. f. 7. a—b.
Proetus elegantulus. nob.

P. granulatus, corniger; fronte utrinque 1-loba.

Proetus elegantulus. Lovén l. c. p. 51. t. I. f. 4. a—b.

Loc. nat. In stratis regionis E) *Gottlandiæ.*

T. XVII. f. 5: *Proetus elegantulus,* magn. nat. f. 6: ejusd. caput a latere, f. 3: idem subtus visum.

T. XVIII. f. 1. a.
Proetus lævis. n. sp.

P. lævis, corniger; fronte integra, lineis 1—2 utrinque notata.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis B), *Scaniæ* ad Andrarum.

T. XVIII. f. 1: *Proetus lævis,* magn. nat. f. 1. a: ejusd. caput a latere.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis A), *Oelandiæ* prope Borgholm.

T. XIX. f. 2: *Calymene aculeata,* fragm. magn. nat.

T. XIX. f. 3.

Calymene lejostraca. n. sp.

C. fronte lævissima, integerrima.

Loc. nat. In stratis regionis A). *Oelandiæ.*

T. XIX. f. 3: *Calymene lejostraca,* fragm. capitis magn. nat.

T. XIX. f. 4.

Calymene stenometopa. n. sp.

C. fronte aspera, integerrima, ante apicem tuberculo ornata.

Loc. nat. In stratis calcareis bituminosis regionis A), *Vestrogothiæ* e. gr. prope Gudhem. *Oelandiæ* ad Möckleby.

T. XIX. f. 4: *Calymene stenometopa,* caput magn. nat.

T. XIX. f. 5. a.

Calymene tuberculata. Brünn. (Blumenbachii Brongn.)

C. granulata, fronte utrinque 3 tuberculata; abdomine costis utrinque 7.

Entomolithus N:o 3 Linn. in Wet. Acad. Handl. 1759. p. 22. t. I. f. 3. — Museum Tessinianum t. III. f. 2.

Trilobites tuberculatus. Brünn. l. c. p. 389.

Entomostracites tuberculatus. Wahl. l. c. p. 31.


Calymene Blumenbachii. Brongn. l. c. p. 11. t. I. f. 1. A—D. Dalm. l. c. p. 226. t. I. f. 2, 3. a—c. Hising. l. c. p. 10. t. I. f. 3, 4. a, b.

Loc. nat. In stratis regionis E), *Vestrogothiæ* in montibus Ålleberg, Mösseberg, Kinnekulle *Gottlandiæ* ubique; *Scaniæ* e. gr. ad Klinta, Bjerresjöladugård, Ramsåsa, etiam in saxis dispersis schisti argillacei nigrescentis circa Håstad.

T. XIX. f. 5: *Calymene tuberculata,* magn. nat., f. 5. a: ejusd. caput a latere, f. 5. b: idem subtus visum cum epistomate, f. 5. c: epistoma intus visum, f. 5. d: ejusd. var. segmentis thoracicis tuberculatis.

Tab. I.

1.




2.




3.




1.



2.




3.



Jr nat Körner.

1.



2.




3.




Lith. hos M Körner.

Tab. IV.



[illegible] Kerner.

1.




2.




4




3.





1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12

Taf. VII.



Tab. II.


1.



2




3.



Fr. nat. Kerner.

III.

1.




2.



3.




Lith. hos M Körner.




Lith. von Th. [illegible] Kerner.

1.



2.







3.



Tab. VI.




Taf. VII.



Tab. VIII.


1.



2 b.




2 a.




2 c.




3.




4.




Taf. IX.





Tab. XI.

3.



1.




1a.



2.



2a.




4.




2b.




Taf. XVIII.




Lith. a. J. M. Kerner.




Tab. XI.




Tab. XVI.




1.




2




2. a




1 a





Lith. u. M. Kerner.



lith. v. M. Kerner.